Res 4,868

# PHILONIS IVDAEI ALEXANDRINI, LIBRI

ANTIQVITATVM.

QVÆSTIONVM ET SOLVTIONVM IN GENESIN.

DE ESSÆIS.

DE NOMINIBVS HEBRAICIS.

DE MVNDO.

Ex libris PP. Doctrinæ Chræ Collo [illegible]

dono domini de [illegible]

BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITAIRE DE TOULOUSE



Quod ſummis uigilijs aſſequi potuimus, optime lector, id abunde per nos eſt præſtitum, alienam uero culpam nobis, qua es humanitate, nõ imputabis. Vale, & expecta huius generis à nobis, & maiora, & emendatiora.

BASILEAE PER ADAMVM PETRVM, MENSE AVGVSTO, ANNO M. D. XXVII.

Cum gratia & priuilegio Cæſareo.

# HIERONYMVS IN CATALOGO EC CLESIASTICORVM SCRI PTORVM.

PHILO Iudæus, natione Alexandrinus, de genere ſacerdo tum, idcirco à nobis inter ſcriptores eccleſiaſticos ponit, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcri- bens eccleſia, in noſtrorum laude uerſatus eſt: non ſolum eos ibi, ſed in multis quoq; prouincijs eſſe memorans, & habitacu- la eorum dicens monaſteria. Ex quo apparet talem primum Chriſto credentium fuiſſe eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur & cu piunt, ut nihil cuiusq; proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patri- monia egentibus diuiduntur, orationi uacatur, & pſalmis, doctrinæ quoq; & continentiæ, quales & LVCAS refert primum Hieroſolymæ fuiſſe creden tes. *Aiunt hūc ſub Caio Caligula Romæ periclitatum*, quò legatus gentis ſuæ miſſus fuerat, cum ſecunda uice ueniſſet ad CLAVDIVM, in eadem ur be locutum eſſe cum apoſtolo PETRO, eiusq; habuiſſe amicitias, & ob hanc cauſam etiam eccleſiam Marci, diſcipuli Petri, apud Alexandriam ſecta- tores ornaſſe laudibus. Extant eius præclara, & innumerabilia opera. In quin que libros Moyſi. De confuſione linguarum liber unus. De ijs quæ ſenſu pre- camur & teſtamur, liber unus. De eruditione liber unus. De hærede diuinarū rerum liber unus. *De diuiſione æqualium & contrariorū liber unus*. De tribus uirtutibus liber unus. Quare quorundam in ſcripturis mutata ſint nomina li- ber unus. *De pactis libri duo*. De uita ſapiētis liber unus. De gigantibus liber unus. Quod ſomnia mittantur à deo libri quinq;. Quæſtionum & ſolutionum in Exodo libri quinq;. De tabernaculo & decalogo libri quatuor. Necnon de uictimis & repromiſſionibus, *ſiue maledictis*. *De prouidētia*. De †Iudæis. De cōuerſatione uitæ. De Alexandro dicente, quod propriam rationem muta ani malia habeant. Et quod omnis inſipiens ſeruus ſit. Et de uita noſtrorum librū de quo ſupra diximus, id eſt de Apoſtolicis uiris, quem & inſcripſit περὶ βίου θεω ρητικοῦ ἱκετῶν. Quod uidelicet cœleſtia contemplentur, & ſemper deum orent. Et ſub alijs indicibus. De agricultura libri duo. De ebrietate duo. Sunt & alia eius monumenta ingenij, quæ in noſtras manus nō peruenerūt.

† Forte legen dum eſt Eſſæis

De hoc uulgo apud Græcos dicitū ἢ πλάτων φιλωνίζει,
ἢ φίλων πλατωνίζει, id eſt, aut Plato Phi
lonem ſequitur, aut Plato
nem Philo, tan
ta eſt
*ſimilitudo ſenſuum &*
eloquij.

# NOBILIBVS ATQVE
## OMNI LAVDIS GENERE CVMVLATISSIMIS SODALIBVS ECCLESIAE FVLDENSIS IOANNES SICHARDVS. S.

PHILONEM Iudæum, autorem omnium qui hodie extãt uetuſtiſſimum, atq; Hieronymi etiam teſtimonio diſertiſſimum, ad uos mitto Clariſſimi uiri: par enim uidebatur, ut quem tam accurate, tantoq; impendio à Gothorum irruptione uindicaſſetis, ſi ueſtris aliquando auſpicijs tanquam rediuiuus in eruditorum manus ueniret, ſolidam uobis tandem gloriam is pareret, eoq; diutius duraturam, quo eſt celebrior tanti autoris apud omnes exiſtimatio: quam nimirum ſibi nõ tam eruditionis nomine, qua tamen Platonem ipſum, philoſophorũ deum, æquaſſe fertur, quàm ex eo collegit, quod ipſorum Apoſtolorum, adeóque PETRI illius principis, cum legatus gentis Iudaicæ ad Caligulam mitteretur Romam, ſit uſus familiaritate, cũ quo de Chriſtianiſmo hominẽ Iudæum ut cõtuliſſe quædam uériſimile eſt, atq; initia accepiſſe fidei, ita rurſus inficias nõ iuerim, quædam in ijs libris inueniri, quæ prophanam magis philoſophiã, cui Alexandriæ pluſculum operæ impenderat, quàm Chriſtianam reſipiant, id quod cuilibet facile eſt uidere, qui elegãtiſſimum De mundo libellum legerit. Niſi in ea ſimus opinione, ut *credamus alterum quendam Philonem fuiſſe* nonnullorum autorem, quæ deinde cœpta ſint & iſtius nomine legi; cui ſententiæ uir noſtra ætate eruditiſſimus Gulielmus Budæus palàm ſubſcribit: Aut malimus eã culpam in exemplaria reijcere, cum quibus ita ſumus profecto conflictati, ut uix *crediderim in multis domandis monſtris ipſi* Herculi plus fuiſſe exhauriendum laboris. Etenim dum primo bellum ueluti cum librariorum inſcitia ſuſcipimus, per ſe, ut aliud nihil accedat aliũde, & difficile, & plenũ diſcriminis, ei præſertim qui religioſe in ueteribus illis uerſari ſemel conſtituerit, tum occurrunt quædam tam affectatæ & ambitioſæ deprauationis, ut quo magis annitare, hoc minus minusq; efficias, & quo pluribus locis manum apponas laturus auxiliũ, hoc deſperatiora relinquas. Cuiuſmodi *mihi pleraq; ſunt uiſa*, quæ cum nos diu multumq; uarie diſtraxiſſent, dum *uidelicet* hoc agimus, ut lucem aliquam autori afferamus, ut ſenſimus tãdem nihil procedere, & exemplaria, quorum duo habuimus, tam conſtanter, tamq; ex compoſito mendas ſuas tueri, cõſilium quod *mutandorum* quorundam cœperamus planè abiecimus, imitati id quod utrunq; exemplar haberet, quæ tamen ita erant inter ſe ſimilia, ut nec ouum diceres ouo magis, ut dubium mihi non eſſet, quin ex altero eſſet alterũ deſcriptum, utcunq; magno loci interuallo diſſita. Quippe attuleramus cõmodum illud Fuldenſe ueſtrum, cũ antea ex Lauriſſenſi cœnobio impetraſſemus peruetuſtũ quidẽ illud, & q̃d nobis feliciſſimæ editionis magnam ſpem fecerat, ſed progreſſos paululũ nõ modo fœde deſtituit, ſed & fecit, ut præproperæ nos editionis plurimũ pœniteret. Nam eiuſmodi rerum difficultas, ubi ſedulitati atque uigilijs, quibus ſanè nõ pepercimus, nihil relinqueret loci, & in hoc res eſſet haud obſcure iam, ut nõ ſolum noſtra eſſet nobis ſubeunda culpa, ſed & ſcri-

barum, dedimus operam, ut ab exemplaribus quam minimum diſcederemus, ut ſicubi fortaſſe extaret aliud exemplar, id q̊d tũ inaudieramus, eius collatione noſtra, quæ rudia & inchoata nobis exciderant uerius, quàm quod ſint emiſſa, abſoluerentur. Quid enim facias potius, ubi in alteram ſit nolenti uolenti partem peccandum? Maluimus ſanè in eam, quæ præcipitatæ nos faceret editionis reos, quàm quæ uel ſtudiorum incommodo dilatæ. Neque enim quorundam placuit exemplum, qui non modo nonum in annum optimos autores premunt, id quod nonnunquam Horatius fieri cenſet oportere, ſed integras ætates, magno, ut mihi quidem uidetur, famæ precio, ſiquidem ad eam tanto malo *eruditorum graſſantur*. *Porrò quod Euſebius* Cæſarienſis nominatim quædã Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ libro ſecundo citat ex Philonis libro, qui inſcribitur περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν. Id eſt, de uita ſupplicum, ſic enim Rufinus uertit, eũ eſſe librum nihil ambigimus, quem nos de Eſſæis inſcripſimus, ad quod cum alia quædam nõ contemnenda nos adduceret, tum uero *maximè quæ iſthic* de Zemnio, monaſterijs, hymnis ueterum Cultorũ, ſic enim initio appellabant, quos paulopoſt Chriſtianos legimus uocatos. Adde etiam quod ad uerbum magnã totius libri partem recenſet. Sed cur repudiato eo quod primo Cæſarienſis, deinde Hieronymi autoritas ſua debat, maluerimus Eſſæis inſcribere, in cauſa fuit ille exemplariorum conſenſus, & ipſe libri ingreſſus, quo ſe de Eſſæis ſcripturũ ex confeſſo præfatur. Principio quidem mendæ ſuſpicio in exemplaribus Hieronymi nobis in mentem uenerat, quam etiam confirmabat Tritemius in ſuo Catalogo, qui non Iudæis, ut Hieronymus, ſed Ideis legit, ut crederemus oportere Eſſæis legi. Sed cum Cæſarienſis Euſebius eſſet inſpectus diligẽtius, aliud omnino *perſuaſit*: qui & alia nonnulla ingenij eius monumenta enumerat, inter quæ Librum quæſtionum & abſolutionum in Geneſim. Quæ ſint pro quibus mens debeat orare deum. De teſtametis. Inconuertibile eſſe quod diuinũ ſit. De uita *Moyſi libros quinq;*. De eo quod liber ſit omnis qui bonis ſtudijs uacet. *De uirtutibus præterea* Caligulæ, quam *inſcriptionem* licet ironicam Euſebius fuiſſe teſtetur, tamẽ cũ librũ, cũ publice in ſenatu eſſet Romæ lectus, tanti habitum ſcribit, ut ſit donatus publica autoritate Bibliothecæ. Pauca interim illa accipite V. Clariſſimi, quæ temporum iniuriæ nobis ſupereſſe poſt tantam bonarum *literarum* cladem uoluere, & cogitate uoluntatem nobis ut rectiſſime edantur non defuiſſe, ſed exemplaria. Confidimus tamen futurum aliquando, ut ſub incudem tanquam poſtliminio reuocata edantur, ſi non locupletiora, at certe emendatiora. Valete, & iſtam noſtram operam boni conſulite.

*Cultores dicti ueteres Chriſtiani.*

Baſileæ ex ædibus noſtris,

Menſe Auguſto,

Anno

M. D. XXVII.

# MEMORABILIUM RERUM, QUAS PHILO PASSIM TRACTAT, INDEX.

## A

ABimelech qui præfuit Iſraëli uno anno menſibus ſex mortuus eſt. 39.A
Abraham Chaldæus fuit patre natꝰ aſtronomo. 127.B
Abſtinentia Eſſæis pro fundamento eſt uirtutum. 87.A
Adam quot liberos habuerit. 1.A
Addo iudex Iſraëlis moritur. 42.C
Aëris corruptio, quoddam eſt morbi genus. 139.B
Aethiopiæ interpretatio. 89.A
Agricultura quando cœperit. 4.C
Allophili expugnant Iſraël. 59.B
Allophili impugnãt Iſraëlitas. 25.B
Anaxagoras paſtor ouium. 85.B
Anima dei imago eſt. 129.B
Animæ philoſophorum. 129.A
Animæ quædam demergũtur. 129.A
Animæ humanæ materia. 130.D
Animarum conuentus. 128.D
Animantia quæ. 128.D
Aod maleficus. 37.A
Aplantis inſula abſorpta eſt. 141.A
Apologus de beſtijs quæ cõmẽdauerant curam ſui leoni. 47.A
Aqua ſtagnans, & putreſcens emoritur. 139.B
Arcæ conſtructio qualis fuerit. 2.D
Argumenta mundum eſſe exortem interitus. 132.D
Ariſtoteles perpetuum mundum eſſe cenſuit. 132.C
Aſtrologi quando cœperint. 5.A
Atomi Democritij. 132.C

Aucella Aegyptia pro deo culta. 85.A
Augures cœperunt tempore Loth. 5.A

## B

BAlaam. 18.C
Balac. 18.C
Babel confuſio interpretatur. 8.D
Baſemoth lingua Syrorum ſonat ſuauitatem. 71.B
Baſis mundi. 128.C
Benedicentur in nomine tuo omnes gentes, quomodo intelligendum ſit. 66.C
Boëthi demonſtrationes. 136.C

## C

CAm quos liberos habuerit. 2.C & 4.C
Cam primus ædificauit urbes. 2.C
Cainan generationes. 1.B
Cappadocum origo ex Cam. 4.C
Caput hominis terrena maxime habet. 134.C
Carbo ignis eſt in terreno. 137.A
Cenez ſufficitur Ieſu filio Naue. 25.B
Cenez regnauit Iſraëli LVII. [illegible]1.B
Cenez liberi quot fuerint. 32.D
Ceruihel angelus. 57.A
Cetheus exceſſus interpretatur. 71.A
Chaos quale fuerit. 132.D
Choreb contra deum locutus. 16.D
Ciuitates perturbationum fontes ſunt. 86.C
Clara uoce orare. 50.C
Confuſio linguarum. 8.C
Conuiuia noſtra pleraq; ſunt ſanguinolenta & furioſa ut Cyclopica. 87.B
Corpus. 129.A
Corruptionũ duæ ſunt omnino cauſæ. 132.D
Corruptionum tres ſunt modi in uniuerſum. 136.C
Crocodilus pro deo cultus. 85.A
Cultores uocati ſunt Chriſtiani primi. 84.C

## D

DAgon Allophilorũ deus. 54.A

Dalila uxor Samſonis. 43.B
Dauidis prima pugna. 56.D
Debbora cum præfuiſſet Iſraëli XL. annis, mortua eſt. 36.D
Decem præcepta. 12.D
Deus autor eſt ordinis. 138.C
*Deus mundi pater eſt.* 131.B
*Dei opificia ne Momus quidem re/prehendere poteſt.* 135.B
Dei nomen quale ſit in ſcripturis. 69.B
Deo nihil eſt æquiparandum. 127.A
Delos nunc apparet, quæ olim mari obruta erat. 139.A
Democritus plures mundos dixit. 132.C
Dextera aure audire deum quid ſit. 52.D
*Diluuium quoto anno creationis mundi fuerit.* 2.D
Diſſolutio atq; mors quid ſit. 134.C
Dolus non omnis pro crimine habe/tur. 78.D

E

Elchana. 49.A
Elementa ſubinde in alia atque alia uertuntur. 141.B
Elementorum optimus ſitus. 134.D
Elon arietis eſt impetus. 71.B
Elon cõſtituitur Iudex Iſraëlis. 42.D
Enoc. 1.B
*Enos quos habuerit liberos.* 1.A
Epicurei mundum ortum, & interiturum aliquando prodiderunt. 132.C
Eſau quadragenarius quare legatur duxiſſe uxorem Iudith. 71.A
Eſſæi ſex diebus ſpeculantur domi latentes, ſeptimo autem die conue/niunt. 86.D
Eſſæi monachi tempore Agrippæ re/gis. 84.C
Eſſæi ſæpe famem in ſeptimum diem prorogant. 87.A
Eſſæi totum mundum pro patria ha/bent. 86.C
Eſſæi ante ſolis occaſum cibum non attingunt. 87.A
Eſſæi bis die orant. 86.C
Eſſæorum cellulæ quales ſint. 86.C
Eſſæorum ſolitudo. 86.C
Extra mũdum nullum eſt erraticum corpus. 128.C
Extra mundum quid ſit. 128.C

F

Flamma quid ſit. 137.A
Fructus terræ comederunt Iſraëlitæ poſt mortem Moyſi. 21.A

G

Gedeon filius Ioad. 37.B
Gedeonis expeditio cõtra Ma/dianitas. 38.C
Genij duplices ſunt. 129.A
Genij ſunt angeli. 129.A
Gerara interpretatur incolatus. 68.D

H

Habitus. 130.C & 139.A
Heroës angeli dicti ſunt prima=rij. 128.D
Heſiodus multorum dictorũ in Pla=tone parens eſt. 132.D
Homo minor mundus eſt dictus. 131.A
Hominis cõſtitutio diuinior reliquis *animantibus eſt.* 129.B
Hyſſopus eſt diuitibus Eſſæis pro delicato condimento. 87.A

I

Iabel uocatur à Philone, qui aliàs Iabis. 33.A
Iacob mittitur in Meſopotamiam. 35.B
Iareth. 1.B
Ibis pro deo colitur apud Aegyptios 85.A
Iecta princeps filiorum Sem. 5.A
Iecta primus princeps ducum. 6.D
Ieptha Galadites. 40.C
Ieſus filius Naue moritur. 25.A
Ieſus fili⁹ Naue ſucceſſit Moyſi. 20.D
Ignis natura ſurſum tendit. 140.C
Ignis triplex eſt genus. 137.A
Iob fuerũt multiplicati etiã liberi. 9.A
Impetus uocantur animæ perturba/tiones. 130.C
Indumenta Eſſæorum. 87.B
Interitus partium mũdi, mundũ etiã ipſum corruptibilem arguit. 139.B
Interitus quæ ſint cauſæ. 132.C

Internicionis quatuor modos quidã aſtruunt. 138.C
Iſaac quadraginta annorũ quare duxiſſe Rebeccam legatur. 61.A
Iſaac dilexi, Eſau uero odio habui, quomodo intelligendum ſit. 63.B
Iſaac oculos caligaſſe quid ſit. 71.B
Iſraëlitarum numerus. 15.B
Iuno pro aëre accipitur. 84.D

L

LAchrymæ ſunt orationum miniſtræ. 50.C
Lamech. 1.B
Lamech pater fuit paſtorum. 2.C
Lapides precioſi Amorreorum. 27.A
Lapides etiam diuturnitate putreſcunt. 139.A
Lares ſunt quos Angelos dicimus. 129.A
Lex data eſt patribus magno motu. 12.C
Lex dei fultura eſt firmiſſima omniũ adeoq́ mundi ipſius. 128.D
Liberum arbitrium aſſeritur à Philone. 130.D

M

MAlalech. 1.B
Maris eſt facta ĩminutio quædam. 139.A
Mathuſalam. 1.B
Mens humana ætheræ eſt portionis. 129.B
Mente differunt hoĩes à beſtijs. 130.C
Mentiri poſitum pro negare. 45.B
Miluus pro deo habitus eſt. 85.A
Miranda efficacia lapidis quo recuperabant Amorrei uiſum. 27.A
Michas filius Dedila. 44.D
Montes cur imbribus non abſumantur. 140.D
Montium natura ut arborũ eſt. 140.C
Mors obſignat noſtra facta. 37.A
Mortui pro nobis non poterunt intercedere. 37.A
Moſes multis ætatibus fuit Heſiodo maior. 132.D
Moyſes abiectus in aquam. 11.A
Moyſes Og & Seon interfecit. 17.B
Moyſes moritur. 20.D
Mundus totus ex totis eſt factus. 133.B
Mundus pater eſt temporis. 131.B
Mundi partes quidam pro dijs coluerunt. 127.A
Mundum eſſe ingenitum argumenta. 133.B
Mũdum alium fieri non poſſe. 138.C
Mundum nonnulli pro deo coluerunt. 127.A
Mundum à deo deſtrui non poſſe argumenta. 137.B
Multitudo principum ſemper fuit rebus publicis calamitoſa. 127.A
Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli quid ſit in Geneſi. 65.B

N

NAchor. 4.D
Nathaniel angelus præſes ignis. 39.B
Nembroth prĩceps eorũ qui ex Cam deſcenderunt fuit. 5.A
Noë ſolus placuit deo. 2.D
Nomina eorum, qui fuerunt cũ Noë in arca. 3.B
Nomina filiorum Iob. 9.A
Nuncios Moſes angelos appellauit. (129.A
Nymphæ Amorreorum. 30.C

O

OCulus hominis ſurſum ſpectat 131.A
Opiniones philoſophorum tres fuerunt præcipuæ de ortu & interitu mundi. 131.B
Oppoſitorum alterum ſine altero eſſe nequit. 137.B
ὄρμη quid ſit Græcis. 130.C
οὐρανὸς unde ueteres dixerint. 128.C

P

PAradiſus ad ortum ſolis conditus eſt. 131.B
Partium mundi diſſolutio. 139.A
Peſtis eſt aëris mors. 139.B
Phadahel angelus. 43.B
Phenech præpoſitus eſt princeps filijs Iaphet. 5.A
Philiſtinorum origo. 4.C
Philo uidetur ſentire diluuium nõ fuiſſe generale. 8.D

Philo mundum æternũ ſentit. 140.C
Plato mundo nihil accedere poſſe affirmat, quod ad perfectionem eius pertinet. 135.A
Plato mundum genitum dixit in Timæo. 132.C
Primæ ciuitates quæ fuerint, & quæ fuerint earum nomina. 2.C
Principatus in homine animæ cedit. 131.A
Prodigium circa uitulum. 14.C
Putei in ualle Geraræ. 68.D

Q

QVæq; res ſoluitur in ea ex quibus conſtat. 134.C
Quid ſit: Ne deſcendas in Aegyptũ. 65.A
Quinq; libri Moſis. 132.D

R

REbecca ſtolam Eſau bonã acce piſſe cur legatũ in Geneſi. 73.A
Rhegium urbs. 141.A
Rhodos olim mari obruta non uidebatur. 139.A

S

SAmſon XX. annis præfuit Iſraëlitis. 44.C
Samuel filius Annæ. 50.D
Satietas Eſſæis pinde ac inſidiæ quædam animæ uitatur. 87.B
Sculptiliũ adoratio quãdo cœpit. 2.C
Semidei. 84.D
Semnium religioſum fuit Eſſæorum habitaculum. 86.C
Senſus quid ſit. 130.C
Senſus ſunt in homine tanquam in agro aliquo fœcundo. 131.A
Septim⁹ dies Eſſæis ẽ ſacerrim⁹. 87.A
Septimo menſe partus ſunt uitales ideo quod Iſaac hoc menſe ſit editus. 24.C
Seruiẽt tibi gentes quid ſit. 76.D
Seruch. 4.D
Seth liberi qui fuerint. 1.A
Sicilia olim continens erat. 141.A
Splendor ignis. 137.A
Stellæ pro dijs cultæ ſunt. 127.B
*Stoici* generationẽ & corruptionem mundi prodiderunt. 132.C
Stoici ortum mundi ad deum pertinere dicunt, non aũt interitum. 132.C
Stoici abſurdiſſimum dicebant ex nihilo aliquid fieri. 136.C
Strages Iſraëlitarum. 46.D
Suffragia ferunt Eſſæi capitis motu. 87.A
Suſpendium fœdum genus mortis eſt. 133.A
Syſara. 33.B
Syſara occiditur à Iahele. 34.D

T

TEr uocare aliquem quid habeat myſterij. 52.C
Terræ inæqualitas argumẽto eſt mũdum eſſe ſempiternum. 138.D
Terræ natura qualis. 140.C
Tetrapharmacũ medicamentũ. 136.D
Themer mater Syſaræ. 35.A
Theophraſti argumenta cõtra eos, q̃ mũdũ ſempiternũ eſſe negãt. 138.D
Thobel ſcripturæ fuit inuẽtor. 2.C
Tres urbes ſubmerſæ in Peloponeſſo. 141.A
Tribus Iſraëlitarũ quot fuerint. 25.B
Tribuum nomina erant inſculpta lapidibus. 28.C
Triplex corpus. 129.B
Turtur Prophetis aſſimilatur. 24.C

V

VIdens Propheta dicitur. 55.A
Virga Aaron amigdalina. 17.B
Viſus impreſſio eſt in anima. 130.C
Vitulus cõflatilis Iſraëlitarum ex inauribus factus. 13.B
Vnum eſſe mundi creatorem. 127.A
Vnumquodq; naturam ſuam adſeruat. 135.A
Vrbes quædã mari ſubmerſæ. 141.A
Vulcanus pro igne ſumitur. 84.D

Z

ZEbul cum præfuiſſet Iſraëli XXV. annis mortuus eſt. 33.A
Zebul ſufficitur Phinees Zenez. 32.D
Zoophyta. 129.B

FINIS.

# A PHILONIS IVDAEI
## ANTIQVITATVM BIBLICA-RVM LIBER INCERTO INTERPRETE.

INITIO mundi Adam genuit tres filios, &
unam filiam, Cain, Noaba, Abel, & Seth: Et ui-
xit Adam, poſtquam genuit Seth, annos DCC.
& genuit filios duodecim, & filias octo: Et hæc
ſunt nomina uirorum, Aeliſeel, Suris, Aelamiel,
Brabal, Naat, Harama, Zaſam, Maathal, & A-
nath: Et hæ filiæ eius, Phua, Iectas, Arebica, Sipha
tecia, Sabaaſin. Et uixit Seth annos CV. & ge
nuit Enos: Et uixit Seth, poſtquam genuit Enos
annos DCCVII. & genuit filios tres, & filias
tres: Et hæc ſunt nomina filiorum eius, Elidia,
Phonna, & Matha: Filiarum uero, Malida, & Thila. Et uixit Enos annos
CLXXX. & genuit Cainan: Et uixit Enos, poſtquam genuit Cainan, an
nos DCCXV. & genuit filios duos, & filiam: Et hæc ſunt nomina filiorum
eius, Phoë, Thaal: *Filiæ autem, Catennath. Et uixit Cainan annos* DXX.
& genuit Malalech: Et uixit Cainan, poſtquam genuit Malalech, annos
B DCCXXX. & genuit tres filios, & duas filias: Et hæc ſunt nomina uirorũ,
Athac, Socer, Lopha: Et nomina filiarũ, Ana, & Leua. Et uixit Malalech an
nos CLXV. & procreauit Iareth: Et uixit Malalech, poſtq; procreauit Iareth,
annos DCCXXX. & genuit filios ſeptẽ, & filias quinq;: Et hæc ſunt nomi-
na uirorũ, Leta, Mata, Cechar, Melie, Suriel, Lodootim: Et hæc ſunt nomina
filiarũ eius, Ada, & Noa, Iebal, Mada, Sella. Et uixit Iareth annos CLXXII.
& genuit Enoc: Et uixit Iareth, poſtquam genuit Enoc, annos DCCC. &
genuit filios quatuor, & filias duas: Et hæc ſunt nomina uirorũ, Lead, Anac,
Soboac, & Ietar: Filiarum autem, Tetheco, Leſſe. Et uixit Enoc annos CLX.
& V. & genuit Matuſalam: Et uixit Enoc, poſtquam genuit Matuſalam, an
nos CC. & genuit filios quinq;, & filias tres. Placuit autẽ Enoc deo in tem-
pore illo, & non inueniebatur, quoniam tranſtulit illum deus: Nomina autẽ
filiorũ eius, Anaz, Zeum, Achaun, Pheledi, Elid: Filiarum autẽ, Theth, Le-
phith, Leath. Et uixit Mathuſalã annos CLXXXVII. & genuit Lamech:
Et uixit Mathuſalam, poſtq; genuit Lamech, annos DCCLXXXII. & ge
nuit duos filios, & duas filias: Et hæc ſunt nomina uirorũ, Inab, & Rapho: Fi
liarum autẽ, Aluma, & Aniuga. Et uixit Lamech annos CLXXXII. & ge
nuit filium, & uocauit eum ſecundum natiuitatẽ ſuam, Noë, dicens: Hic re-
quiẽ dabit nobis, & terræ, ab his qui ſunt in ea, in quibus uiſitabitur, propter
iniquitatem operũ malorum. Et uixit Lamech, poſtquam procreauit Noë, an
nos DLXXX. & V. Et uixit Noë annos CCC. & genuit filios tres, Sem,
Cham, Iapheth. Cain autẽ habitauit in terra tremens, ſecundum quod con-
ſtituit ei deus, poſtquã interfecit Abel fratrem ſuum: Et nomen mulieris eius
Themech: Et cognouit Cain Themech mulierem ſuam, & concepit, & pepe-
rit Enoc. Cain autem erat annorum quindecim, quando fecit hæc: Et ex eo

*Hiſtoria Geneſeos habet: DCCC. annos cap. 5.*

C coepit ædificare ciuitates, quouſq; conderet ciuitates ſeptem: Et hæc ſunt no- mina ciuitatum: Nomen primæ ciuitatis ſecundum nomen filij ſui Enoc: Nomen autem ſecundæ ciuitatis Mauli, & tertiæ Leed, & nomen quartæ Tehe, & nomen quintæ Ieſca, nomen autem ſextæ Celet, & nomen ſeptimæ Iebbat, Et uixit Cain, poſtquam genuit Enoc, annos DCCXV. & genuit tres filios, & duas filias: Et hæc ſunt nomina filiorũ eius, Olad, Lizaph, Foſal: Et filiarũ eius, Citha, & Maac. Et facti ſunt omnes dies Cain anni DCCXXX. et mortuus eſt. Tunc accepit Enoc mulierẽ de filiabus Seth, & genuit ei Ciram, & Cuuth, & Madab: Ciram autem genuit Matuſaël, Matuſaël autem genuit Lamech, Lamech autẽ accepit ſibi mulieres duas: nomen uni, Ada: & nomen alteri, Sella. Et peperit Ada Iobab: ipſe erat pater omniũ habitantiũ in tabernaculis, & paſcentium pecora: Et iterum genuit ei Iobal, qui initiauit docere omnem pſalmum organorũ. In tempore illo cum initiaſſent habitantes terram operari iniqua, unuſquiſq; in uxores proximi ſui, contaminantes eas, indignatus eſt deus, & coepit percutere cyneram, & cytharam, & omne organum dulcis pſalterij, & corrumpere terrã. Sella autẽ genuit Thobel, & Nuha, & Theſſa: Et hic eſt Thobel, qui oſtendit hominibus artes in plumbo, & ſtagno, & ferro, & æramento, & argento, & auro. Et tunc coeperunt habitantes terrã facere ſculptilia, & adorare ea. Dixit autem Lamech ambabus mulieribus ſuis, Adæ & Sellæ: Audite uocem meam mulieres Lamech, & intendite in obſeruatione mea: quia uiros corrupi pro me, & lactentes de mamillis abſtraxi, ut filijs meis oſtenderem iniqua operari, & habitantibus terram: Et nunc ſepties uindicabitur de Cain, de Lamech autem ſeptuagies ſepties. Et factum eſt cum coepiſſent homines multiplicari ſuper terram, filiæ ſpecioſæ natæ ſunt eis: Et uiderunt filij dei filias hominum, quoniam pulcherrimæ erant: & acceperunt ſibi uxores ex omnibus quas elegerant: Et dixit deus: Non dijudicabit ſpiritus meus in omnibus iſtis in ſecula, eò quod carnales ſunt. Erunt autem anni eorum centum uiginti, in quos poſuit terminos ſeculi. Et in manibus eorum ſcelera non extinguebantur. Et uidit deus, quoniam in omnibus inhabitantibus terram, adimpleta erant opera malignitatum, & iniquitatem cogitantibus his in omnibus diebus, dixit: Deleam hominem, & omnia quæ germinata ſunt in terra: quoniam poenitet in eo quod feci eum. Noë uero inuenit gratiam & miſericordiam ante dominum, & procreatio eius: Noë qui erat homo iuſtus, & immaculatus in progenie ſua, placuit domino: Ad quẽ dixit deus: Aduenit tempus omnium hominum habitantiũ ſuper terram, quia peſſima ſunt opera eorum: Et nunc facito tibi arcam de lignis cedrinis. Et ſic eam facies: Trecentorum cubitorum longitudo eius, & quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo: Et ingredieris in arcam tu, & mulier tua, & filij tui, & mulieres filiorum tuorum tecum: & diſponam teſtamentum meum ad te, ut diſperdam omnes habitantes terram. De animalibus autem mundis, & de uolatilibus coeli mundis, accipies ſeptem & ſeptem, maſculum, & foeminam, ut poſſit uiuificari ſemen eorum ſuper terram: Nam de pecoribus, & de uolatilibus immundis, accipies tibi duo & duo, maſculum & foeminam, ſimulq; accipies tibi & illis in eſcam. Et fecit Noë quæ præcepit ei deus, & ingreſſus eſt in arcam ipſe, & omnes filij eius cum eo. Et factum eſt poſt ſeptem dies, coepit aqua diluuij eſſe ſuper terrã: Et in illa die aperti ſunt omnes abyſſi, & fons magnus, et cataractæ coeli: & erat pluuia ſuper terram XL. dies, & XL. noctes. Erat autem tunc annus milleſimus ſexconteſimus quinquageſimus

*Cain coepit primus ædificare urbes.*

*Lamech paſtorum pater.*

*Thobel ſculpturæ inuẽtor*

*Gen. 6.*

D

*Gen. 7.*

*Diluuiũ anno creationis mũdi MDCLII. fuit.*

A geſimus & ſecundus, ex quo fecerat deus cœlum & terram, in die qua corru-
pta eſt terra, cum habitantibus in ea, propter iniquitatem operum eorum: Et
perſeuerante centum & quadraginta diebus Cataclyſmo in terra, ſuperfuit ſo
lus Noë, & qui cum eo erant in arca: Et ut memoratus eſt deus Noë, minuit
aquam. Et factum eſt in die nonageſimo ſiccauit deus terrã, & dixit ad Noë:
Exi de arca, tu & omnes qui tecum ſunt, & creſcite, & multiplicamini ſuper
terram. Et exiuit Noë de arca, ipſe & filij eius, & [illegible]lieres filiorum eius: & o-
mnes beſtias, & reptilia, & uolatilia, & pecora duxit ſecum, ſicut præcepit ei
deus. Tunc ædificauit Noë aram domino, & accepit de omnibus pecoribus,
& de uolatilibus mundis, et obtulit holocauſtomata in aram, & acceptus eſt
domino tanquam odor requietionis. Et dixit deus: Non adijciam iam maledi
cere terræ pro homine: quoniam figura cordis hominis deſijt à iuuentute ſua.
Et ideo non adijciam ſimul diſperdere omnes uiuentes, ſicut feci. Cum autem
peccauerint inhabitantes terrã, dijudicabo eos in fame, ſiue in gladio, ſiue in
igne, ſiue in morte: & erit terræmotus, & diſpergentur in inhabitabilia: Ter-
ram autem non adijciam corrumpere aqua diluuij: Et in omnibus diebus, ter-
ræ ſementes & meſſes, frigus & calor, æſtas & autumnus, dies ac nox non re-
quieſcent, quouſque rememorabor qui inhabitant terram, donec complean-
tur tempora. Cum autem completi fuerint anni ſeculi, tunc quieſcet lumen, et
extinguentur tenebræ, & uiuificabo mortuos, & erigam dormientes de terra,
& reddet infernus debitum ſuum, & perditio reſtituet paratecem ſuam, ut red
dam unicuique ſecundum opera ſua, & ſecundum fructus adinuentionum ſu
arum, quouſque iudicem inter animam & carnem: Et requieſcet ſeculum, &
extinguetur mors, & infernus claudet os ſuum, & non erit ſine fœtu terra, nec
B ſterilis habitantibus in ſe, & non coinquinabitur ullus, qui in me iuſtificatus
eſt: Et erit terra alia, & cœlum aliud habitaculum ſempiternum: Et adiecit do
minus ad Noë, & ad filios eius dicens: Ecce ego diſponam teſtamentum me-
um ad uos, & ad ſemen ueſtrum poſt uos, & non adijciam iam corrumpere
aqua diluuij terram. Et omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum. Ve
rumtamen carnem in ſanguine animæ non edetis: Qui enim effundet ſangui-
nem hominis, ſanguis eius effundetur: quoniam ad imaginem dei factus eſt
homo. Vos autem creſcite & multiplicamini, & implete terram, ſicut multitu
do piſcium multiplicantium in fluctibus. Et dixit deus: Hoc eſt teſtamentum
quod diſpoſui inter me & uos: Et erit cum innubilauero cœlum nubibus, ap-
parebit arcus meus in nube: Et erit in memoriã teſtamenti inter me & uos, &
inter omnes habitantes ſuper terrã. Et fuerunt filij Noë, qui exierunt de arca:
Sem, Cam, & Iapheth. Filij Iapheth, Magog, Madai, Nidiazec, Tubal, Mo
cteras, Cenez, Riphath, & Thegorma, Eliſa, Deſſin, Cethin, Tudant. Et fi-
lij Gomer, Thelez, Lud, Deberlet. Et filij Mago, Ceſſe, & Thipha, Pharu-
ta, Ammiel, Phimei, Goloza, Samanac. Et filij Duden, Sallus, Pheluciti, Phal
lita. Et filij Tubal, Phanatanoua, Eteua. Et filij Tiras, Maac, Tabel, Ballana,
Samplameac, Elaz. Et filij Mellec, Amboradat, Vrac, Boſara. Et filij Cenez,
Iubal, Zaraddana, Anac. Et filij Heri, Phuddet, Doad, Dephad, Zeath, E-
noc. Et filij Torgoma, Abiuth, Saphath, Aſapli, Zepthir. Et filij Eliſa, & Za-
ac, Zenez, Maſtiſa, Rira. Et filij Zepti, Macziel, Temna, Aela, Phinon.
Et filij Teſſis, Meccul, Loon, Zelatabar. Et filij Duodennin, Itheb, Beath,
Pheneth. Et hi ſunt qui diſperſi ſunt, & habitauerunt in terra apud Perſas, &

*Menſe ſecundo, ſeptimo & uiceſimo die habet hiſtoria Geneſeos.*

*Gen. 8.*

C Monadas, in inſulis, quæ ſunt in mari. Et aſcendit Phanat, filius Dudenſ,
& præcepit fieri naues maris, & tunc diuiſa eſt pars tertia terræ. Domereth,
& filij eius acceperunt Ladech. Magoge autem, & filij eius acceperunt De-
galmadam. * & filij aius acceperunt Beſto. Iuban, & filij eius
acceperunt Ceel. Tubal, & filij eius acceperunt Pheed. Miſech, & filij eius
acceperunt Nepthi. Iras, & filij eius acceperunt * Duoden
nut, & filij eius acceperunt * Godariphath, & filij eius ac-
ceperunt Boſarra. Tergoma, & filij eius acceperunt * Fudeliſa
& filij eius acceperunt * Thabolatheſis, & filij eius accepe-
runt Marecham. Cethim, & filij eius acceperunt Thaan. Dudennin, & fi-
Agricultura. lij eius acceperunt Caruba. Et tunc cœperunt operari terram, & ſeminare
ſuper eam. Et cum ſitiret terra, exclamauerunt habitantes eam ad dominum,
& exaudiuit eos, & ampliauit pluuia. Et factum eſt cum deſcenderet pluuia
ſuper terram, apparuit arcus in nube: Et uiderunt habitantes terram memo-
riam teſtamenti, & ceciderunt in faciem ſuam, & immolauerunt offerentes
holocauſtomata domino. Filij autem Cam, Chus, & Meſtra, & Phuni, &
Chanaan. Filij Ethij, Chus, Saba, & Tudan. Et filij Effuntenus, Zeleu-
telup, Geluc, Lephuc. Et filij Sidona, Endain, Racin, Simmin, Vruin, Ne-
nugin, Amathinnephin, Telaz, Elat, Cuſin. Chus autem genuit Nembroth,
ipſe initiauit eſſe ſuperbus ante dominum. Meſtram uero genuit Ludin, &
Iuenugin, & Labin, & Latuin, & Petroſonun, & Ceſlun: Vnde exierunt
Philiſtini. Philiſtini, & Cappadoces. Et tunc cœperunt etiam & ipſi ædificare ciuita-
Cappadoces. tes. Et hæ ſunt ciuitates, quas ædificauerunt, Sidona, & circumiacentia e-
ius, id eſt, Reſun, Beoſamaza, Gerras, Calon, Dabircaino, Tellunlacis,
D Sodoma, & Gomorra, Adama, & Segom. Et filij Sem, Elam, Aſſur, Ar
phaxa, Luzi, Aram. Et filiarum, Aſſum, Gedrummeſe. Arphaxas autem
genuit Sala, Sala genuit Heber: Et Heber nati ſunt duo filij, nomen uni,
Phalech: Quoniam in diebus eius diuiſa eſt terra: Et nomen fratris eius Ie-
ptam. Ieptam autem genuit Elimodan, & Salaſtra, & Mazaam, Rea, Du-
ra, Vzia, Deglabal, Mimoël, Sabthphin, Euilac, Iubab. Et filij Phalec,
Ragau, Rephuth, Zepheram, Aculon, Sachar, Siphaz, Nabi, Suri, Seci-
ur, Phalacus, Rapho, Phalthia, Zaldephal, Zaphis, & Arteman, Heli-
phas. Hij filij Phalec, & hæc nomina eorum. Et acceperunt ſibi uxores de
filiabus Iectan, & generauerunt filios & filias, & compleuerunt terram.
Ragau autem accepit ſibi mulierem, Melcham, filiam Ruth, & genuit ei
Seruch. Et quum factus fuiſſet dies partus eius, dixit: Ex iſto naſcetur in
quarta generatione, qui ponat habitationem ſuper excelſa, & perfectus uo-
cabitur, & immaculatus, & pater gentium erit, & non diſſoluetur teſtamen
tum eius, & ſemen eius in ſeculum multiplicabitur. Et uixit Ragau, poſt-
quam genuit Seruch, annos CXVIIII. Et genuit ſeptem filios, & quin-
que filias: Et hæc ſunt nomina filiorum eius, Abielobth, Salma, Dedaſal,
Zeneza, Accur, Nephes, Et hæc nomina filiarum eius, Cedema, Deri-
ſa, Seipha, Pherita, Theila. Et uixit Seruch annos XXIX. & genuit Na
chor. Et uixit Seruch, poſtquam genuit Nachor, annos LXVII. & genuit
quatuor filios, & tres filias. Et hæc ſunt nomina uirorum, Zela, Zobadica,
& Phodde. Et hæ filiæ eius Tephila, Oda, Selipha, & uixit Nachor annos
XXXIIII. & genuit Tharram. Et uixit Nachor, poſtquam genuit Thar-
ram,

A ram, annos CC. & genuit VIII. filios, & V. filias. Et hæc ſunt nomi
na uirorum, Recap, Dediap, Berechap, Ioſac, Sithal, Niſab, Nadab, Ca-
moël. Et filiæ eius, Eſca, Thiphabruna, Ceneta. Et uixit Tharra annos
LXX. & genuit Ambram, & Nachor, & Arram. Tharram autem genuit
Loth. Tunc cœperunt hi, qui habitabant in terra, inſpicere in aſtra, & in- *Aſtrologi*
choauerunt ex his imaginari, & diuinationes facere, & filios, & filias ſuas *Augures.*
traijcere per ignem. Serui autem & filij eius, non ambulauerunt ſecundum
eos. Et hæ ſunt generationes Noë in terris, ſecundum tribus & linguas eo-
rum, ex quibus diuiſæ ſunt gentes ſuper terram poſt diluuium. Tunc ue-
nientes filij Cam, poſuerunt ſibi principem Nembroth. Filij autem Iaphet,
conſtituerunt ſibi Phenech in ducem. Nam filij Sem, conuenientes præpo
ſuerunt ſibi principem Iectam. Et cum ueniſſent hi tres in unum, fecerunt
conſilium, ut inſpicientes conſiderarent populum adpropinquantium ſibi.
Et hoc uiuente adhuc Noë factum eſt, ut conuenirent omnes in unum, &
habitauerunt unanimes, & erat terra pacifica. Anno autem CCC. & qua-
drageſimo exitus Noë de Arca, poſtquam ſiccauit deus diluuium, conſide-
rauerunt principes populum ſuum, & inſpexit Phenech filius Iaphet, filij
Gomer, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationis ſuæ, fuerunt nu-
mero V M DCCC. Filiorum autem Magog, omnium tranſeuntium ſe
cundum ſceptra ducatus ſui, factus eſt numerus VI M CC. Filij autem
Madain omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, fuerunt
numero V M DCC. Filij autem Tubal omnes tranſeuntes ſecundum ſce-
ptra ducationum ſuarum, fuerunt numero. IX M CCCC. Et filij Me-
ſca, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum fuerunt nu-
B mero V M DC. Filij uero Thiras, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra du-
cationum ſuarum fuerunt numero. XII M CCC. Et filij Ripha, tranſe-
untes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, fuerunt numero XI M D.
Filij uero Torgoma, tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationis ſuæ, fue-
runt numero XIIII M CCCC. Nam filij Eliſa, tranſeuntes ſecundum
ſceptra ducationis ſuæ, fuerunt numero XIIII M DCCCC. Filij autem
Terſis omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationis ſuæ, fuerunt nume-
ro XII M C. Nam filij Cethin, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra du-
cationis ſuæ, fuerunt numero XVII M CCC. Filij uero Doin, tranſeun-
tes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, fuerunt numero XVII M DCC.
Et factus eſt numerus caſtrorum filiorum Iapheth, omnes uirtutificati, &
omnes in præcinctu armorum poſiti, in conſpectu ductorũ ſuorum CXL M
CCII. præter mulieres & pueros. Conſideratio Iapheth in pleno fuerunt nu-
mero CXLII. Et tranſiuit Nembroth ipſe & filius Cam, omnes tranſeuntes
ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, inuenti ſunt numero XXIIII M
DCCC. Filij Phua, omnes tranſeuntes ſecundũ ſceptra ducationum ſuarum
facti ſunt numero XXVII D M CC. Et filij Canã, omnes tranſeuntes ſecun-
dum ſceptra ducationum ſuarũ, inuenti ſunt numero XXXII M D CCC.
Filij uero Soba omnes tranſeuntes ſecundũ ſceptra ducationũ ſuarum, inuenti
ſunt numero IIII M CCC. Et filij Lebilla, omnes tranſeuntes ſecundum ſce-
ptra ducationum ſuarum inuenti ſunt numero XXII M I CCC. Filij uero
Sata uniuerſi tranſeuntes ſecundũ ſceptra ducationũ ſuarũ inuenti ſunt nume-

C ro XXV CCC. Et filij Remma, uniuerſi tranſeuntes ſecundum ſceptra du-
cationum ſuarum inuenti ſunt numero XXX DC. Filij uero Sabaca, omnes
tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum inuenti ſunt numero XL
VI CCCC. Et factus eſt numerus caſtrorum filiorum Cam, uniuerſi uirtutis
uiri, & in apparatu armorum poſiti in conſpectu ducationum ſuarum CCXL
IIII DCCCC. præter mulieres & pueros. Et inſpexit Iectam filius Sem fili-
os Elam, & fuerunt omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſua-
rum numero XLVII I. Filij autem Aſſur omnes tranſeuntes ſecundum ſce-
ptra ducationum ſuarũ inuenti ſunt numero LXXVIII. Et filij * uni-
uerſi tranſeuntes ſecundum ſceptra ducationum ſuarum, inuenti ſunt nume-
ro LXXXXVII CCC. Filij uero Lud, omnes tranſeuntes ſecundum ſceptra
ducationum ſuarum, inuenti ſunt numero XXX DC. Factus eſt numerus
filiorum Cam: * Nam filij Arphaxa, uniuerſi tranſeuntes ſecundũ ſceptra
ducationum ſuarum numero CXIIII DC. Et factus eſt omnis numerus
eorum CCCXLVII DC. Numerus caſtrorum filiorum Sem, omnes erant
proficiſcentes in uirtute & in præcepto belli, in conſpectu ducationũ ſuarum
IX. extra mulieres, & pueros. Et hæc ſunt generationes Noë diuiſe poſitæ,
quorum omniũ numerus factus eſt in unum DCCCCXIIII. Et hi omnes
conſiderati ſunt adhuc uiuente Noë: Et iuxta Noë poſt Cataclyſmum annos
CCCL. Et facti ſunt omnes dies Noë anni DCCCCL. Et mortuus eſt. Tũc
hi omnes qui diuiſi erant habitantes terram: poſtea congregati habitauerunt
ſimul, & profecti ab Oriente inuenerunt campum in terra Babylonis, & habi-
Gene. 11. tantes ibi, dixerunt quique ad proximum ſuum: Ecce futurum eſt, ut diſperga-
D mur unuſquiſque à fratre ſuo, & in nouiſſimis diebus alterutrum erimus ex-
pugnantes nos. Nunc ergo uenite & ædificemus nobiſmetipſis turrim, cuius
caput erit uſque ad cœlum, & faciemus nobis nomen & gloriam ſuper terram.
Et dixerunt unuſquiſque ad proximum ſuum: Accipiamus lapides & ſcriba-
mus ſinguli quique nomina noſtra in lapidibus, & incendamus eos igne, &
erit quod peruſtum fuerit in luto & in latere. Et acceperunt ſinguli quique la-
Non eſt in Ge- pides ſuos, extra uiros duodecim, qui noluerũt accipere. Et hæc nomina eorũ.
neſi. Abrahã, Nachor, Loth, Ruge, Tenute, Zaba, Armodath, Iobab, Eſar, Abima-
hel, Saba, Auphin. Et compræhendit eos populus terræ, & adduxerunt eos ad
principes ſuos, & dixerunt: Hi ſunt uiri qui tranſgreſſi ſunt conſilia noſtra, &
nolunt ambulare in uijs noſtris. Et dixerũt ad eos duces: Quare noluiſtis mit-
tere ſinguli quiq; lapides cũ populo terræ? Et illi reſponderunt dicentes: Non
mittimus uobiſcũ lapides: nec cõiungimur uoluptati ueſtræ. Vnũ dominum
nouimus, & ipſum adoramus. Et ſi nos mittatis in ignẽ cum lapidibus ueſtris,
non conſentiemus uobis. Et irati duces dixerunt: Sicut loquuti ſunt, ſic eis fa-
cite: Et niſi cõſenſerint uobiſcũ mittere lapides, conſumetis eos igne cum lapi-
dibus ueſtris. Et reſpondit Iectam, qui erat primus princeps ducũ: Nõ ſic, ſed
dabit eis ſpacium dierũ ſeptem, et erit ſi pœnituerint ſuper conſilijs ſuis peſſi-
mis, & uoluerint uobiſcum mittere lapides, uiuant: Si quo minus fiat, & ſecun-
dum ſententiam ueſtrã tunc comburãtur. Ipſe autẽ quærebat quemadmodũ
ſaluaret eos de manibus populi: quoniam de tribu eorũ erat, & deo ſeruiebat.
Et his dictis ſuſcepit eos, & incluſit in domo regia, & ut factũ eſt, ueſpera præ-
cepit dux L. uiros potentes in uirtute uocari ad ſe, & dixit eis: Proficiſcimini,
& accipite hac nocte uiros iſtos, qui incluſi ſunt in domo mea, & imponite

ſtipendia

A ſtipendia eorum de domo mea: ſuper decem iumenta: & ipſos uiros adducite
ad me, & ſtipendia eorũ cum iumentis adducite in montana, & ſuſtinete eos
ibidem, & ſcitote quia ſi quis ſcierit quæ dixi ad uos, igni uos concremabo. Et
profecti uiri fecerunt omnia quæ præcepit eis princeps eorum: Et adduxerunt
uiros à domo eius noctu, & accipientes ſtipendia impoſuerunt iumentis, &
duxerũt eos in montana ſicut præcepit eis, & uocauit ad ſe princeps illos duo/
decim uiros, & dixit ad eos: Confidentes eſtote, & non timeatis: non em̃ mo=
riemini: Fortis eſt enim deus in quo confiditis: & ideo ſtabiles eſtote in ipſo:
quia liberabit & ſaluabit uos. Et ecce nũc præcepi quinquaginta uiris, qui uos
educãt acceptis ſtipendijs de domo mea, & præcedite in montana, & ſuſtinete
uos in ualle, & alios uobis dabo L. uiros, qui deducant uos uſq; illuc: Et euntes
abſcondite uos ibidem in ualle, habentes aquam in potu defluentem de petris,
& continete uos uſq; in dies XXX. donec pauſet animoſitas populi terræ, &
quouſq; deus mittat iracundiã ſuper illos, & diſrumpat eos. Scio enim quia nõ
permanebit conſilium iniquitatis quod conſiliati ſunt facere: quoniã uana eſt
cogitatio eorũ, & erit cum conſummati fuerint ſeptem dies, & quæſierint uos,
dicam eis: Exeuntes & fracto oſtio carceris in quo erant incluſi fugerũt nocte:
& miſi ego centũ uiros qui eos quærerẽt: & auocabo eos à præſenti furore. Et
reſponderunt ad eum undecim uiri dicentes: Inuenerunt gratiã ſerui tui ante
oculos tuos: quia ſoluimur nos de manibus ſuperborũ horum. Abram autẽ ſo
lus tacuit. Et dixit dux ad eũ: Quare non reſpondes mihi Abram ſerue dei? Re
ſpondit Abram & dixit: Ecce ego fugio hodie in montana: & ſi euaſero ignẽ,
exient de montibus feræ beſtiæ, et comedent nos, aut eſcæ nobis deficiẽt, & mo
B riemur fame, & inueniemur fugiẽtes ante populũ terræ, cadẽtes in peccatis no
ſtris. Et nunc uiuit in quo confido: quia non mouebor de loco meo in quo po/
ſuerunt me, et ſi fuerit aliquod peccatũ meũ, ut conſumens conſumar, fiat uo/
luntas dei. Et dixit ad eũ dux: Sanguis tuus ſuper caput tuũ ſit, ſi nolueris profi/
ciſci cũ iſtis: Si aũt uolueris, liberaberis: Nam ſi uolueris remanere, ſecundũ qđ
uis remane. Et dixit Abram: Non proficiſcar, ſed hic ero. Et accepit dux unde/
cim illos uiros, & alios L. miſit cum eis, & præcepit eis dicens: Expectate & uos
in montanis uſq; in dies XV. cũ illis L. qui præmiſſi ſunt: & poſt reuertemini
& dicetis: nõ inuenimus eos, ſicut illis prioribus dixi. Et ſciatis quia ſi quis præ/
terierit ex his omnibus uerbis, quæ loquutus ſum ad uos, igne comburetur. Et
profectis uiris, accipiens Abram ſolum recluſit eũ ubi fuerat incluſus. Et tranſ/
actis diebus ſeptem, congregatus eſt populus, & dixerunt ad ducem ſuũ dicen
tes: Redde nobis uiros qui noluerunt conſiliari nobiſcum, & cõburemus eos
igni. Et miſerunt duces qui adducerẽt eos: & nõ inuenerunt niſi ſolũ Abram.
Et congregati omnes ad duces ſuos dixerunt: Fugierunt homines quos inclu=
ſiſtis, euadentes conſilium noſtrum. Et dixit Phenech, & Nebroth ad Iectam:
Vbi ſunt uiri quos incluſiſti? At ille dixit: Frangentes fregerunt noctu. Ego
autem miſi C. uiros, qui quærerent eos, & præcepi, ut ſi inuenirent eos, non
tantum igni concremarent, ſed & corpora eorũ darent uolatilibus cœli, & ſic
perdant illos. Et tunc dixerunt illi: hunc ergo qui inuentus eſt ſolus, congrega
mus eum. Et acceperunt Abram, & adduxerunt eum ad duces ſuos, & dixe/
runt ad eum: Vbi ſunt qui tecũ fuerunt? Et ille dixit: Ego nocte dormiens dor/
miebam, ubi expergefactus ſum, non inueni eos. Et accipientes eũ conſtruxe
runt caminum, & incenderunt eum igni, et lapides concrematos igni miſerũt
in caminum. Et tunc Iectam dux, liquefactus ſenſu accepit Abram, & miſit eũ

cum

cum lateribus in caminum ignis. Deus autem commouit terræ motum grandem, & ebulliens ignis de camino, exiliuit in flāmas & ſcintillas flāmæ, et combuſſit omnes circumſtantes in conſpectu camini: Et fuerunt omnes qui concremati ſunt in die illa LXXXIII D. Abræ autē non eſt quidē modica facta læſura concrematione ignis: Et ſurrexit Abram de camino: & concidit caminū ignis: Et ſaluatus eſt Abram, & abijt ad XI. uiros, qui erant abſconſi in montanis, & renuntiauit eis omnia quæ contigerant illi. Et aſcenderunt cum eo de montanis gaudentes in nomine domini, & nemo eos obuians terruit die illa. Et cognominauerunt locum illum nomine Abræ, & linguæ Chaldæorū Deli: quod interpretatur deus. Et factum eſt poſt hæc uerba, populus terræ non conuerſus eſt à cogitationibus ſuis malignis. Et conuenerunt iterū ad duces, & dixerunt: In ſecula non uincetur populus: Et nunc cōueniemus & ædificemus nobis ciuitatem & turrim: quæ nunquā auferetur. Et cum cœpiſſent fabricare, uidit deus ciuitatē & turrim quam fabricabāt filij hominū, & dixit: Ecce populus unus, & lingua una, & hoc quod cœperunt facere, nō ſuſtinebit terra, neq; cœlum uidens patietur: Et erit, ſi modo non prohibeantur, ut omnia audeant quæ præſumpſerint facere. Et ideo ecce ego diuidā linguas eorū, & diſpergam eos in omnes regiones, ut non cognoſcat unuſquiſq; fratrem ſuum, nec audiant ſinguli quiq; linguam proximi ſui: Et cōmendabo eos petris, & ædificabūt ſibi tabernacula in calamis ſtipularum, & effodient ſibi ſpeluncas, & quemadmodum feræ campi habitabunt ibi: Et ſic erunt ante conſpectum meū in omni tempore, ut nunquam cogitant hæc: & tanquam ſtillicidium arbitrabor eos, et in ſcuto approximabo eos, & alijs in aqua finis ueniet: alij autem ſiti ſiccabuntur.

D

Et ante omnes hos eligam puerū meum Abram: & eijciam eum de territorio eorū, & adducam in terrā quam reſpexit oculus meus ab initio, cū peccauerunt ante conſpectum meū omnes inhabitantes terram: Et adduxi aquā diluuij, & non exterminaui eā, ſed conſeruaui illā: Non enim dirupti ſunt in illa fontes iræ meæ, neq; deſcendit in ea aqua conſummationis meæ. Ibi em faciam inhabitare puerum meum Abram: & diſponam teſtamentum meum cum eo, & ſemini eius benedicam, & dominabor ei deus in æternū.

*Diluuium non fuiſſe generale uidetur dicere*

Populi autem inhabitantes terram, cum initiaſſent ædificare turrim, diuiſit deus linguas eorum, & mutauit eorum effigies. Et nō cognouit unuſquiſq; fratrem ſuum, nec audiebant ſinguli quiq; linguam proximi ſui. Et ſic factum eſt: ut dum ædificatores miniſtris ſuis iuberent afferre lapides, illi afferrent aquam: & ſi depoſcerent aquam, illi afferrent ſtipulam. Et ſic interciſa cogitatione eorum, ceſſauerunt ædificare ciuitatem, & diſperſit eos dominus inde ſuper faciem totius terræ. Et propterea uocatum eſt nomen loci illius Confuſio: quoniā ibi deus confudit linguas eorū, & inde diſperſit eos in faciem totius terræ.

*Babel.*

Abram autē exiuit inde, & habitauit in terra Chanaam, & accepit ſecum Loth filiū fratris ſui: & Sarai mulierem ſuam. Et cum eſſet Sarai ſterilis, & non eſſet ei conceptus: tunc Abram tulit Agar ancillam ſuam, & peperit ei Iſmahel. Iſmahel autem genuit duodecim filios. Tunc diſceſſit Loth ab Abram, & habitauit in Sodomis: Abram uero habitauit in terra Cam. Et uiri Sodomorum, uiri peſſimi, & peccatores ualde. Et uiſus eſt deus Abram dicens: Semini tuo dabo terram hanc, & uocabitur nomen tuum Abraham, & Sarai uxor tua dicetur Sara. Et dabo tibi ex ea ſemen ſempiternum, & diſponam teſtamentum meum tecum: Et cognouit Abraham Saram uxorem ſuam, & concepit, & peperit Iſaac. Iſaac autē accepit ſibi mulierem de Meſopotamia, filiam Patuel, quæ concepit & genuit

ei Eſau

A ei Eſau & Iacob. Eſau autem accepit ſibi mulieres Iudin filiam Bereu, & Baſſe-
mech filiam Elon, & Elibemam filiam Anan, & Manem filiam Samaël, & ge-
nuit ei Adeliphan. Et filij Adeliphan, Temar, Omar, Seſphor, Getan, Tenaz,
Amalech. Et Iudin genuit Tenacis, Ieruebemas, Baſſemen, Rugil. Et filij Ru-
gil, Naizar, Samaza. Et Elibeema genuit Auz, Ioollam, Coro. Manem genuit
Tenetde, Thenatela. Iacob autem accepit ſibi mulieres filias Laban Aſiri, Liã,
& Rachel, & duas concubinas, Ballam, & Zelphan. Et peperit ei Lia Ruben,
Simeon, Leui, Iudam, Iſachar, Zabulon, & Dinam ſororem eorum. Rachel au
tem enixa eſt Ioſeph, & Beniamin. Ballam peperit Dan, & Neptalim. Et Zel-
pha peperit Gad, & Aſſer. Hi filij ſunt Iacob XII. & una filia. Et habitauit Ia-
cob in terra Chanaan, & Dinam filiam eius rapuit Sycem, filius Emor Correi,
& humiliauit eam. Et ingreſſi ſunt filij Iacob Simeon, & Leui, & interfecerunt
omnem ciuitatem eorum in ore gladij, & Dinam ſororem ſuam acceperunt, &
exierunt inde. Et poſtea accepit eam in uxorem Iob, & genuit ex ea XIIII. *Iob quatuordecim filij, & ſex filiæ.*
filios, & VI. filias, id eſt, VII. filios, & III. filias antequam percuteretur
in paſſione, & poſtea VII. filios, & III. filias, quando ſaluus factus eſt. Et
hæc nomina eorũ, Eliphac, Ermoë, Diaſat, Philias, Diffar, Zellud, Thelon. Et
filiæ eius, Meru, Litaz, Zeli. Et ſicuti fuerunt nomina priorum, ſic & nouiſſi-
morum. Iacob autem & XII. filij eius habitauerunt in terra Chanaan, & ode
rant fratrem ſuum Ioſeph, quem & tradiderunt in Aegyptum Petephre princi
pi cocorũ Pharaonis, & fecit apud eum annos XIIII. Et factum eſt poſteaq́
uidit ſomnium rex Aegypti, & nunciauerunt ei de Ioſeph, & ſoluit ei ſomnia.
Et factum eſt poſtquàm ſoluit ei ſomnia fecit eum Pharao principem ſuper o-
mnem terram Aegypti. In illo tempore facta eſt fames ſuper omnem terram, ſi
B cut dijudicauerat Ioſeph: Et deſcenderunt fratres ſui emere eſcas in Aegypto,
quoniam tantummodo in Aegypto erant eſcæ. Et cognouit Ioſeph fratres ſu-
os, & agnitus eſt eis, & non malignatus eſt cum eis. Et miſit, & uocauit patrem
ſuum de terra Chanaan, & deſcendit ad eum. Et hæc ſunt nomina filiorum Iſra
el, qui deſcenderũt in Aegyptum cum Iacob, unuſquiſq́ in domo ſua. Filij Ru
ben, Enoc, & Phallut, Aſrom, & Carmin. Filij autem Simeon, Namuel, & Ia-
nunetdot, & Iacim, Eſaul filius Canãtidis. Filij uero Leui, Getſon, Caat, & Me
rari. Nam filij Iudæ, Auna, Selon, Phares, Zarami. Filij autem Iſachar, Tola, &
Phua, Iob, & Sõbran. Filij uero Zabulon, Sarelon, & Iaillil. Et Dina ſoror eo-
rum peperit XIIIII. filios, & VI. filias. Et hæc ſunt generationes filiorum
quas peperit Iacob. Omnes animæ filiorum & filiarum LXXII. Filij autem
Dan, Vſinã. Filij Neptalim, Betaal, Neemmu, Surem, Optiſarielet. Hæ gene-
rationes Balle, quas peperit Iacob. Omnes animæ VIII. Nam filij Gad, Sari-
el, Sua, Viſui, Mophar, & Sar. Soror eorum filia Seriebel, Melchiel. Hæ ſunt ge
nerationes Zelphæ mulieris Iacob, quas peperit ei. Et omnes animæ filiorum
& filiarum numero X. Et filij Ioſeph, Ephraim, & Manaſſen. Beniamin uero
generauit Gela, Esbel, Nanubal, Abocinephec, Vtundeus. Et hæ ſunt animæ
quas peperit Rachel Iacob XIIII. Et deſcenderunt in Aegyptum, & habita-
uerunt ibi annos CCX. Et factum eſt poſt receſſum Ioſeph, multiplicati ſunt Vide Ioſephũ. Antiqtã. li. 2. ca. 4.
filij Iſraël, & creuerunt ualde. Et ſurrexit rex alius in Aegypto, qui nõ nouerat
Ioſeph, & dixit populo ſuo: Ecce populus iſte multiplicatus eſt magis quàm
nos: Venite, conſilium habeamus aduerſus eum, ut non multiplicetur. Et iuſſit
rex Aegypti omni populo ſuo, dicens: Omnem filiũ, qui natus fuerit Hebræis,
in flumen abijcite, nam fœminas uiuificate. Et reſponderũt Aegyptij regi ſuo,

C dicentes: Maſculos eorum interficiamus, & fœminas eorum ſeruemus, ut eas
noſtris demus ſeruis in uxores, & erit qui natus fuerit ex eis ſeruus, & ſeruiet
nobis. Et hoc eſt, quod peſſimum uiſum eſt coram domino. Tunc ſeniores po
puli congregauerunt populum cum planctu, & planxerunt cum luctu, dicen-
tes: ὠμοτοκείαν paſſa ſunt uiſcera mulierum noſtrarum, fructus noſter inimi-
cis noſtris traditus eſt, & nũc deficimus. At cõſtituamus nobis terminos, ut nõ
appropinquetur mulieri ſuæ uir, ne fructus uentris earum contaminetur, & ui-
ſcera noſtra idolis ſeruiant: melius eſt enim ſine filijs mori, donec ſciamus quid
faciet deus. Et reſpondit Anram, & dixit: Celerius eſt, ut in uictoria minuatur
ſeculum, aut immenſurabilis mundus concidat, aut cor abyſſi aſtra contingat,
quàm genus filiorum Iſraël *minoretur*. Et erit cum impletum *fuerit* teſtamen-
tum, quod diſponens deus locutus eſt ad Abraham, dicens: Habitando habita-
bunt nati tui in terra non ſua, & in ſeruitutem redigentur, & affligentur annis
CCCC. Et ecce ex quo *inuentus* eſt ſermo dei, quem dixit ad Abraham, ſunt
anni CCCL. Ex eo quod nos in Aegypto ſeruimus anni ſunt CXXX. Nũc
ergo non permanebo in his, quæ uos *determinatis*, ſed ingrediens mulierem
meam accipiam, & faciam filios, ut amplificemur ſuper terram. Non enim per-
manebit deus in ira ſua, nec ſemper obliuiſcetur populi ſui, neq; genus Iſraël in
uanum proijciet ſuper terram, nec inuanum diſpoſuit teſtamẽtum patribus no
ſtris: & cum adhuc non eſſemus, de his *tamen* locutus eſt deus. Nunc ergo
iens accipiam mulierem meam, & nõ acquieſcam præceptis regis. Et ſi rectum
eſt ante oculos ueſtros, ita faciamus omnes. Erit enim cum cõcipient mulieres
noſtræ non agnoſcentur tanquam in utero habentes, quouſq; cõpleantur men
D ſes tres, ſicut & fecit mater noſtra Thamar: quia non fuit conſilium eius in for-
nicatione, ſed nolẽs recedere de filijs Iſraël, recogitans dixit: Melius eſt mihi ſo
cero meo cõmixta mori, quàm Gentibus cõmiſceri, & abſcondit fructum uen-
tris ſui uſq; ad tertium menſem: tũc enim agnita eſt, & iens ut interficeretur, ſta
tuit hoc, dicens: Cuius eſt hæc uirga, & hic anulus, & melotis, de eo concepi. Et
ſaluauit eam conſilium eius, de omni periculo. Nunc ergo faciamus & nos ſic.
Et erit cum completum fuerit tempus parturitionis, ſi potuerimus non proijcie
mus fructũ uentris noſtri. Et quis ſciet, ſi pro hoc zelabitur deus, ut liberet nos
de humiliatione noſtra? Placuit uerbum ante conſpectum dei, quod cogitauit
Anra, & dixit deus: Eò quod placuit ante conſpectum meum cogitatio An-
ræ, & non diſſipauit teſtamentũ meũ, inter me & patres eius diſpoſitum, & ideo
ecce nunc quod genitum fuerit ex eo, mihi ſeruiet in æternũ, & per eum faciam
mirabilia in domo Iacob, & faciam per eum ſigna & prodigia populo meo, quæ
non feci ulli, & faciam in eis gloriam meã, & annuntiabo eis uias meas. Ego de
us incendam pro eo lucernam meam, quæ habitet in eo, & oſtendã ei teſtamen
tum meũ, quod non uidit ullus, & patefaciam ei ſuperexcell*entiã* meam, & iu-
ſtitias & iudicia, & lumen ſempiternum luceam ei, quoniam pro eo cogitaui in
antiquis diebus, dicens: Non erit mediator ſpiritus meus in hominibus his in
ſempiternum, eò quod ſunt caro. Et erunt dies eorũ anni CXX. Et profectus
eſt Anra de tribu Leui, & accepit uxorem de tribu ſua. Et factum cum accepe-
rat eam, imitati ſunt eũ cæteri, & acceperunt uxores ſuas. Huic autẽ erat unus fi-
lius, & una filia, & nomen eorũ Aaron, & Maria. Et ſpiritus dei incidit in Mari
am nocte, & uidit ſomnium, & enarrauit parentibus ſuis mane, dicens: Vidi in
hac nocte, & ecce uir ſtabat in ueſte byſſina, & dixit mihi: Vade, & dic parenti-
bus tuis: Ecce quod naſcetur de uobis in aquã proijcietur, quomodo per eũ aqua
ſiccabitur.

A ſiccabitur. Et faciã per eum ſigna, & ſaluabo populũ meum, & ipſe ducatũ eius
aget ſemper. Et cum enarraſſet Maria ſomnium ſuum, nõ crediderunt ei paren
tes eius. Verbum autem regis Aegyptij inualeſcebat contra filios Iſraël, & hu-
miliabantur aggrauati in opere laterum. Iacob autem concepit de Anra, & ab-
ſcondit eum in utero ſuo per tres menſes: non enim poterat amplius cælare eũ,
quia rex Aegypti præpoſuerat principes locorũ, ut quando parerent Hebrææ,
ſtatim in flumen projcerent maſculos eorũ. Et accepit infantem ſuum, & fecit *Fiſcella eſt in*
ei tybin de cortice arboris pini, & poſuit tybin in os fluminis. Ipſe autẽ puer na- *Exod. Cap. 2*
tus eſt in teſtamento dei, & in teſtamento carnis eius. Et factum eſt ut projce-
rent eum, congregati omnes presbyteri, altercabantᵉ cũ Anram, dicentes: Nõn-
ne ij erant ſermones noſtri, quos locuti ſumus, dicentes: Melius eſt nobis ſine
filijs mori, quàm fructus uentris noſtri in aquis projciantur? Et hæc dicẽtibus
illis, non obaudiebat Anra. Filia aũt Pharaonis deſcendit lauare in flumine, ſe-
cundum quod in ſomnis uiderat, & uiderunt ancillæ eius tybin, & miſit unã, &
accepit, & aperuit eam. Et ut uidit puerũ, & dum uidiſſet * in zaticon, hoc eſt in
teſtamẽtum carnis dixit: De filijs Hebræorũ eſt. Et ſumpſit, & nutriuit eum, & *Moyſes.*
factus eſt ei filius, & cognominauit nomen eius Moyſes. Mater autẽ eius uoca
uit eum Melchiel. Et nutritus eſt infans, & glorioſus factus eſt ſuper omnes ho
mines, & liberauit per eum deus filios Iſraël, ſicut dixerat. Rege aũt Aegyptio-
rum mortuo, leuauit ſe alius rex, & afflixit omnem populũ Iſraël. At illi clama-
uerunt ad dominũ, & exaudiuit eos. Et miſit Moyſen, & liberauit eos de terra
Aegyptiorũ. Miſit quoq; deus ſuper eos decem plagas, & percuſſit eos. Hæ aũt
erant plagæ, id eſt, ſanguis, & ranæ, grando, & mors iumentorũ, locuſtæ, & cyni
fes, & intractabiles tenebræ, & mortalitas primitiuorũ. Et dum exiſſent inde,
B & proficiſcerentur, adhuc obturatum eſt cor Aegyptiorũ, & appoſuerunt per-
ſequi eos, & inuenerunt eos iuxta mare rubrũ. Et clamauerunt filij Iſraël ad do
minum ſuum, & dixerunt ad Moyſen, dicẽtes: Ecce nunc aduenit tempus per-
ditionis noſtræ mare enim ante nos, & multitudo inimicorum poſt nos eſt, &
nos in medio. Ob hoc nos eduxit deus, aut hæc ſunt teſtamenta quæ diſpoſuit
patribus noſtris, dicens: Semini ueſtro dabo terram quam uos habitatis, ut nũc
quod placitum eſt ante conſpectum ſuum, faciat in nobis? Tunc cõſiderantes
metum temporis filij Iſraël, in tres diuiſiones cõſiliorum diuiſerunt ſententias
ſuas: nã tribus Ruben, & tribus Iſachar, & tribus Zabulon, & tribus Simeon
dixerunt: Venite mittamus nos in mare. Melius eſt enim nos in aqua mori, quã
ab inimicis occidi. Tribus autem Gad, & tribus Aſſer, & tribus Dan, & Nepta
lim dixerunt: Non, ſed reuertamur cum eis, & ſi uoluerint nobis donare uitã,
ſeruiemus eis. Nam tribus Leui, & tribus Iuda, & Ioſeph, & tribus Beniamin di
xerunt: Non ſic, ſed accipientes arma noſtra pugnemus cum eis, & erit deus no
*biſcũ. Exclamauit & Moyſes ad dominũ, & dixit: Domine deus patrũ noſtro-*
rum, nõnne tu dixiſti ad me: Vade, et dic filijs Liæ, miſit me deus ad uos? Et nũc
ecce adduxiſti populũ tuum ad labiũ maris, & inimici perſecuti ſunt poſt eos,
& tu domine memor eſto nominis tui. Et dixit deus: Quoniam exclamaſti ad
me, tolle uirgam tuã, & percute mare, & ſiccabitur. Et faciente hæc omnia Moy
ſe, cõminatus eſt deus mari, & ſiccatũ eſt mare. Et ſteterũt maria aquarũ, & ap-
paruerunt profunda terræ, & denudata ſunt fundamenta habitationis à ſtrido
re timoris dei, & ab inſpiratione iræ domini mei. Et pertranſiuit Iſraël per ſiccũ
in medio mari. Et uiderunt Aegyptij, & appoſuerunt perſequi eos, & deus ob-
durauit ſenſum eorũ, & non ſcierunt quoniã in mare ingrederentur. Factũ eſt

 dum

C dum Aegyptij eſſent in mari, adiecit deus præcipere mari, & dixit ad Moyſen: Appone adhuc percutere mare, & fecit ſic. Et præcepit dominus mari, & reuerſus eſt in fluxus ſuos, & cooperuit Aegyptios, & currus, & equites eorum. Populum autem ſuum deduxit in eremum: quadraginta annis pluit de cœlo panem, & ortigometram adduxit eis de mare, & puteum aquæ conſequentis eduxit eis. In columna autem nubis per diem deducebat eos, & in columna ignis per noctem lucebat eis. Et in menſe tertio profectionis filiorum Iſraël de terra Aegypti, uenerũt in eremum Sina, & memoratus eſt deus uerborum ſuorum, & dixit: Dabo lumen mundo, & illuminabo inhabitabilia, & diſponam teſtamentum meum cum filijs hominum, & glorificabo populum meum ſuper omnes gentes, in quem eijciam excelſa ſempiterna, quæ eius erũt in lumine, impijs uero in punitionem. Et dixit ad Moyſen: Ecce ego uocabo te craſtina die, eſto paratus, & dic populo meo: Tribus diebus non aſcendat uir ad mulierem, & tertia die loquar ad te, & ad eos, & poſtea aſcendes ad me, & dabo uerba mea in ore tuo, & illuminabis populum meum in eo quod dedi in manus tuas, legẽ ſempiternam, & in hac omnem orbem iudicabo: Erit enim hæc in teſtimoniũ. Si enim dixerint homines: Non ſciuimus te, & ideo nõ ſeruiuimus tibi, propterea hoc uindicabo in eis, quoniam non cognouerunt legem meã. Et fecit Moyſes quæ præcepit ei deus, & ſanctificauit populos, & dixit ad eos: Eſtote parati in tertium diem, quoniam poſt tres dies diſponet dominus teſtamẽtum ſuum uobiſcum. Et ſanctificati ſunt populi. Et factum eſt in tertio die, ecce uoces ſonantium, & coruſcantium ſplendor, & uox organorum ſonabat fortiter. Pauor factus eſt in omni populo, qui erat in caſtris. Et eiecit Moyſes populos obuiam

*Lex data primitus magno motu.*

D deo. Et ecce montes ardebant igni, & terra tremuit, & colles conturbati ſunt, & montes uoluebantur, & abyſſi ebulliebant, & omne habitabile mouebatur, & cœli plicabant, & nubes hauriebant aquam, & flammæ ignis exardeſcebãt, & tonitrua, & fulgura frequentabant, & uenti & procellæ ſtrepebant, aſtra cõgregabantur, & angeli præcurrebant, quouſque deus poneret legem teſtamenti ſempiterni filijs Iſraël, & daret præcepta æterna quæ nõ tranſient. Et tunc locutus eſt dominus populo ſuo omnia uerba hæc, dicens: Ego ſum dominus deus tuus, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis: Deos ſculptiles nõ facies tibi, nec facies omne abominamẽtum Solis & Lunæ, aut omniũ ornamentorum cœli, nec omnium quæ ſunt ſuper terram facies ſimilitudinem, nec eorũ quæ repũt in aquis, uel ſuper terram. Ego ſum dominus deus tuus, deus zelãs, & reddens peccata dormientium in uiuos filios impiorum, ſi in uijs parentum ſuorum ambulabunt, uſq; in tertiam & quartam progeniem, faciens miſericordiam in mille generationes his qui diligunt me, & cuſtodiunt mandata mea.

*Decem præcepta.* Exodi. 20

*Non accipies nomen domini dei tui inuanum, ne uiæ meæ uanæ efficiantur:* Abominatur enim eum deus, qui accipit nomen eius inuanum. Conſerua diẽ ſabbati, ſanctifica eum. Sex diebus fac opera, ſeptima autẽ dies ſabbati domini eſt. Nõ facies in eo omne opus, tu, & omnis operatio tua, niſi ut in ea laudes dominũ, in eccleſia presbyterorũ, & glorifices fortem in cathedra ſeniorũ. In ſex enim diebus fecit dominus cœlũ & terrã, & mare, & omnia quæ ſunt in eis, & uniuerſum orbem, & inhabitabilem eremũ, & quæcunq; operantur, & omnem diſpoſitionẽ cœli, & pauſauit ſeptima die deus. Propterea ſanctificauit deus ſeptimã diem, quia requieuit in ea. Diliges patrẽ tuũ, & matrem tuam, & timebis eos, & tunc exurget lumen tuũ, & præcipiã cœlo, & reddet pluuiã ſuã, & terra accelerabit fructũ ſuũ, & multorũ eris dierũ, & habitabo in terra tua, & nõ eris

ſine

A ſine filijs, quia non deficiet ſemen tuũ habitantiũ eam. Nõ mœchaberis, quia ini-
mici tui nõ mœchati ſunt in te, ſed exiſti in manu excelſa. Nõ occides, eò quod
dominati ſunt tibi inimici tui, ut occiderent te, ſed uidiſti mortẽ eorũ. Non eris
falſus teſtis, aduerſus proximũ tuũ dicens falſum teſtimoniũ, ne falſum teſtimo-
nium dicant contra te cuſtodes tui. Non concupiſces domũ proximi tui, nec ea
quæ habet, ne & alij cõcupiſcant terrã tuã. Et ut quieuit dominus loqui, popu-
lus in pauore timuit ualde, & in lampadibus uiderant montẽ ardentẽ igne, &
dixerunt ad Moyſen: Tu nobis loquere, & non loquatur deus ad nos, ne forte
moriamur. Ecce enim hodie ſcimus, quoniã loquitur deus homini, os ad os, ut
uiuet homo. Et nũc cognouimus uere, quoniã portauit terra uocẽ dei cũ tremo-
re. Et dixit ad eos Moyſes: Nolite timere, propterea enim ut probaret uos ue-
nit deus, ut recipiatis timorẽ eius in uos, ut nõ peccetis. Et ſtetit omnis populus
à longe, Moyſes aũt acceſſit ad nebulã, ſciens quoniã ibi erat deus. Et tunc dixit *Exodi. xx*
ei deus, iuſtitias & iudicia ſua. Et detinuit eũ ſecũ quadraginta dies, & quadra-
ginta noctes, & ibi ei mãdauit multa, & oſtendit ei lignũ uitæ, de quo abſcidit,
& accepit, & miſit in myrrham, & dulcis facta eſt aqua myrrhæ, & ſequebatur
eos in eremo annis XL. & aſcendit in montẽ cũ eis, & deſcendit in campos,
& præcepit ei de tabernaculo, & arca domini, & de ſacrificio holocauſtomatũ,
& incenſorũ, & de obſeruatione menſis, & cãdelabro, & de labro, & uaſis eius,
& de hebdomade, & de logio, & de precioſiſſimis lapidibus, ut faciant ſic filij Iſ-
raël. Et oſtẽdit ei ſimilitudinẽ eorũ, ut faceret ſecundũ exemplar quod uiderat,
& dixit ad eum: Facite mihi ſanctificationẽ, & erit tabernaculũ gloriæ meæ in
uobis. Et deſcendit Moyſes, & cũ perfuſus eſſet lumine inuiſibili, deſcendit in
locũ ubi lumen ſolis & lunæ eſt, uicit lumen faciei ſuæ ſplendorẽ ſolis & lunæ,
B & hoc neſciebat ipſe. Et factũ eſt cũ deſcenderet ad filios Iſraël, uidentes nõ co-
gnoſcebant eum. Cũ aũt locutus fuiſſet, tunc cognouerunt eum. Et erat ſimile
factũ hoc, ſicut in Aegypto quando cognouit Ioſeph fratres ſuos, ipſi aũt nõ co-
gnouerunt eũ. Et factum eſt poſtea cũ ſciret Moyſes quoniam glorioſiſſima fa-
cta fuerat facies eius, fecit ſibi uelamen unde cooperiret faciem ſuam. Et dum
eſſet in monte, corruptũ eſt cor populorũ, & congregati ſunt ad Aaron, dicen-
tes: Fac nobis deos, quibus ſeruiamus, quemadmodũ habent & cæteræ gentes:
quoniã Moyſes ille per quem facta ſunt mirabilia corã nos, raptus eſt à nobis.
Et dixit ad eos Aaron: Aequo animo eſtote, Moyſes enim ueniet, & appropia-
bit nobis iudiciũ, & legem illuminabit nobis, & ſuperexcellentiã dei exponet
de ore ſuo, conſtituens iuſtitias generi noſtro. Et hæc loquente eo, non obau-
dierunt ei, ut compleretur uerbum, quod dictum eſt in tempore quo peccauit
populus ædificans turrim, cum dixit deus: Et nunc niſi prohibeam eis, omne
quod præuiderint ſibi facere, præſument deterius. Timens autem Aaron, quo-
niam uirtutificati erant populi ualde, dixit ad eos: Afferte nobis inaures mu-
lierum ueſtrarum. Et petierunt uiri unuſquiſque mulierem ſuam, & ſtatim
dederunt, & miſerunt eas in ignem. Et effigiata ſunt in figuram, & exiuit ui- *Vitulus confla-*
tulus conflatilis. Et dixit dominus Moyſi: Feſtina hinc, quoniam corruptus *tilis ex inauri-*
eſt populus, & præuaricatus eſt uias meas, quas præcepi ei. Quid ſi comple- *bus.*
tæ fuiſſent ſponſiones, quas ſpopondi patribus ueſtris, quando dixi eis: Semi-
ni ueſtro dabo terram hanc, in qua habitatis? Ecce enim nec dum ingreſſus
eſt in terram, etiam portans iudicium, & reliquerunt me. Et ideo ſcio quia
ſi ingreſſi fuerint in terram ipſam, maiores iniquitates operabuntur. Et nunc
quoque relinquam eos, & conuerſus iterum concordabor eis, ut ædifice-

C tur mihi domus in eis, quæ & ipſa iterum deponetur, propter quod pecca-
turi ſunt in me. Et erit mihi hominum genus tanquam ſtillicidium urcei, &
tanquam ſputum æſtimabitur. Et feſtinans Moyſes deſcendit, & uidit Vitu-
lum, & reſpexit in tabulas, & uidit quoniam non erant ſcriptæ, & feſtinans con
fregit eas. Et apertæ ſunt manus eius, & factus eſt ſimilis mulieri parturienti in
primitiuis ſuis: quæ cum tenetur in doloribus, & manus eius ſuper pectus illi-
us, & uirtus nõ erit quæ adiuuet partum eius. Et factum eſt poſt horam unam,
dixit in ſenſu ſuo: Non uſque ad uictoriam poſſidet amaritudo, aut in ſempiter-
num præualet malum. Et nunc exurgam, & confortabo lumbos, quomodo
ſi peccauerunt, non inuano erunt quæ ſurſum enarrata ſunt mihi. Et exur-
gens cõfregit Vitulum, & miſit eum in aquam, & potauit populum. Et factum
eſt ſiquis habuit in uolũtate ſenſus ſui, ut perficeretur uitulus, abſcidebatur lin-
gua eius, ſi quis uero coactus in timore conſenſerat, ſplendebat uiſus eius. Et
tunc aſcendit Moyſes in montem, & orauit dominum, dicens: Ecce nunc tu de
us, qui plantaſti uineam hanc, & dediſti radices eius in abyſſum, & ſarmenta
eius extendiſti uſque ad ſedem tuam altiſſimam, reſpice in iſto tempore, quia
uinea iſta emiſit fructum ſuum, & non cognouit cultorem ſuum. Et modo ſi
iraſceris in uineam tuam, & eradices eam de abyſſo, & arefacias ſarmenta eius
de ſede tua altiſſima & æterna, non ultra iam ueniet abyſſus ut nutriat eam, nec
thronus tuus ut refrigeret uineam tuam, illam quam incendiſti. Tu es enim,
*qui omne lumen es*, & *domum tuam ornaſti* lapidibus precioſis, & auro, & aro
matibus, & iaſpide, & lignis balſami, & cinnamo, & radicibus myrrhæ, & coſti.
Inſperſiſti domum tuam, & diuerſis eſcis, & ſuauitate diuerſi potus ſaturaſti
eam. Si ergo non miſertus fueris uineæ tuæ, omnia domine inuano facta ſunt,
D & non habebis qui te glorificet. Nam etſi aliam uineam plantaueris, nec hæc
tibi credet, eò quod priorem diſſipaſti. Si enim relinquens reliqueris ſeculum,
& quis faciet tibi quod locutus es tanquam deus? Et nunc contineatur furor tu
us à uinea, maius quod à te prædictum eſt, & quod dicendum eſt, & non fiat
inuano labor tuus, nec in uilibus diſtrahatur hæreditas tua. Et dixit ei deus: Ec-
ce miſericors factus ſum iuxta ſermones tuos. Excide itaque tibi duas tabulas
lapideas, de eo loco unde excideras priores, & reſcribe in eis iuſtitias quæ erant
in primis. Et feſtinauit Moyſes, & fecit omnia quæ præcepit ei deus. Et deſcen
dens fecit tabulas, & uaſa eius, & arcam, & lucernam, & menſam, & thuribu-
lum holocauſtomatum, & hippomidem, & logion, & lapides precioſos, & la-
brum, & baſes, omniaq; quæ ei oſtenſa ſunt. Et compoſuit uniuerſa ueſtimen-
ta ſacerdotum, præcinctoriam quoque, & cæteras, & citharam, & lamina aurea,
& coronam ſanctam, & oleum unctionis ſacerdotum, & ipſos ſacerdotes
ſanctificauit. Et completis omnibus, uniuerſos eos operuit nubes. Tunc
exclamauit Moyſes ad dominum, & locutus eſt ei deus de tabernaculo, di-
cens: Hæc eſt lex thuribuli in qua immolabitis mihi, & exorabitis pro anima-
bus ueſtris. De his autem ex quibus offeretis mihi, offerte de pecoribus ui-
tulum, & ouem, & capram: nam de auibus turturem, & columbam. Et ſi fa-
cta fuerit in terra ueſtra lepra, & erit ut purgetur leproſus, accipient domi-
no duos pullos uiuos, & lignum cedrinum, & Hyſſopum, & coccinum, & ac-
cedet ad ſacerdotem, & occidet unum, unum autem ſeruet, & ſtatuet le-
proſum in omnibus quæ præcepi in lege mea. Et erit cum obuiauerint uo
bis tempora, ſanctificabitis me in die feſtiuitatis, & iucundabimini in con-
ſpectu meo in feſtiuitate Azymorum, & conſtituetis in conſpectu meo pa-
nem,

A nem, celebrantes feſtiuitatem memorialem, quia in ea die exiſtis de terra Aegypti. Et in feſtiuitate hebdomadis, conſtituetis ante conſpectum meum panem, & facietis mihi oblationem pro fructibus ueſtris: Nam feſtiuitas pſalphingarũ in oblatione erit proſpeculatoribus ueſtris, in eo quod præſpexi creaturam memores ſitis totius orbis per initia. Oſtendentibus uobis, agnoſcã numerum mortuorũ, & natorum per ieiunium miſericordiæ. Ieiunabitis enim mihi pro animabus ueſtris, ut compleantur ſponſiones patrũ ueſtrorum. Et feſtiuitatem Scenophegiæ afferte mihi, & accipietis mihi fructum ligni ſpecioſum, & ramũ palmæ, & ſalicum, & cedrũ, & ramos myrrhæ: & memor ero in pluuia totius terræ, & conſtituetur modus temporũ, & cõſtituam aſtra, & præcipiã nubibus, & ſonabunt uenti, & percurrent coruſcationes, & erit turbo tonitruũ, & hoc erit in ſignum ſempiternũ. Et rorem dabunt noctes, ſicut locutus ſum poſt diluuium terræ. Tunc præcepit ei de anno uitæ Noe, & dixit ad eum: Hij ſunt anni quos diſpoſui poſt hebdomadas, in quibus uiſitaui ciuitatem hominũ, in quo tempore oſtendi eis locũ generationis, & colorem. Et dixit: Hic locus eſt, quẽ docui protoplaſtũ, dicens: Si non tranſgredieris quæ tibi mandaui, omnia ſub te erunt. Ille autẽ tranſgreſſus eſt uias meas, & ſuaſus eſt de muliere ſua, & hæc ſeducta eſt de colubro. Et tũc conſtituta eſt mors in generationes hominũ. Et adiecit dominus adhuc oſtendere uias paradiſi, & dixit ei: Hæc ſunt quæ perdiderunt homines, non ambulantes in eis, quoniã peccauerunt in me. Et præcepit ei dominus de ſaluatione animarũ populi, & dixit: Si in uijs meis ambulauerint, non relinquã eos, ſed miſerebor eis ſemper, & benedicã ſemen eorum, & feſtinabit terra dare fructum ſuum, & pluuia erit eis in lucrificationem, & nõ

B ſterilizabit. Sciens autẽ ſcio, quoniã corrumpent uias ſuas, & relinquam eos, & obliuiſcentur teſtamenta quæ diſpoſui patribus eorum, & ego tamen nõ in ſempiterno obliuiſcar eos. Ipſi *enim ſcient in nouiſſimis diebus, quoniam pro* peccatis eorum derelictum eſt ſemen eorum, quia fidelis ſum in uijs meis. Tũc dixit ad eum deus: Incipe inſpicere plebem meam à XX. annis, & ſupra uſq; ad XL. annos, ut oſtendam nationibus ueſtris, quantum annuntiaui patribus eorum in terra aliena. Quomodo quinquageſima parte eleuaui eos de terra Aegypti, quadraginta autem & nouem partes mortuæ ſunt in terra Aegypti. Dum inſiſteris eos, & cum inſpexeris, ſcribe numerum eorum, donec adimpleam omnia quæ locutus ſum patribus eorum, & donec conſtituam eos in terra ſua confidenter: quia nullum uerbum de quibus locutus ſum patribus eorum minueram, ex his quæ dixi eis: Semen ueſtrum tanquam ſtellæ cœli erit in multitudine. In numero ingredientur in terrã, & in modico tempore ſine numero efficientur. Et tunc deſcendit Moyſes, & numerauit eos, & erat numerus plebis DCIIIIM DL. Plebem autẽ Leui non dinumerauit cũ eis, quoniã ſic præceptum erat ei, ſed enumerauit eos qui ſupra L. annos erant. Quorum numerus erat XLVIIM CCC. Et dinumerauit adhuc qui infra uiginti annos, & factus eſt numerus eorũ DCCCLM DCCCL. Et tribum Leui perſpexit, & factus eſt omnis numerus eorum CXX CCXD DCXX CC DCCCC. Et nuntiauit Moyſes numerum eorum deo. Et dixit ad eum deus: Hij ſunt ſermones quos dixi patribus eorum in terra Aegypti, & poſui numerum in annis CCX. omnibus qui uiderunt mirabilia mea. Et factus eſt numerus omnium nouies milies decem milia, ducenties nonaginta & quinque milia hominum, præter mulieres. Et mortificaui omnem multitudinem eorum, quia non crediderunt mihi. Et ſuperfuit quinquageſima pars de eis, & ſan-

C ædificaui eos mihi. Propterea præcipio generationi plebis meæ, ut dent mihi decimationes de fructibus ſuis, ut ſit in conſpectu meo in memoriam, quantos labores abſtuli ab eis. Et ut deſcendit Moyſes, & annuntiauit plebi hæc, plorauerunt & luxerunt, & habitauerunt circa eremum annis duobus. Et miſit Moyſes exploratores explorare terram XII. uiros: ſic enim ei præceptum erat: Qui ut aſcenderunt, & conſpexerunt terram, reuerſi ſunt ad eum, & depoſuerunt fruges de fructibus terræ, & contribulauerunt cor populi, dicentes: Non poteritis hæreditare terram, quoniam ferreis uectibus clauſa eſt à potentibus ſuis. Duo autem uiri de duodecim non ita locuti ſunt, ſed dixerunt: Sicut poſſunt ferra dura ſuperare aſtra: aut ſicut uincunt arma coruſcationes, aut extinguũtur tonitrua à uolatilibus, ſic poterunt iſti repugnare domino. Videbant enim quoniam in aſcenſu eorum coruſcationes lucebant aſtrorum, & ſequebantur tonitrua cõſonantia eis. Et hæc nomina eorum, Chaleb filius Ieſſone, filij Beri, filij Batuel, filij Galipha, filij Cenen, filij Selunun, filij Selon, filij Ride. Secundus, Ieſus filius Naue, filij Eliphat, filij Gal, filij Nephelien, filij Emon, filij Saul, filij Dabra, filij Effrem, filij Ioſeph. Plebs autem non audierunt uocẽ duorum, ſed conturbati ſunt ualde, & locuti ſunt, dicentes: Nunquid hæc ſunt uerba, quæ locutus eſt nobis deus, dicens: Inducam uos in terram fluentem lacte & melle? Et quomodo nunc eleuat nos, ut incidamus in romphæam, & mulieres noſtræ erunt in captiuitatem? Et his dictis, ſubito apparuit gloria dei, & dixit Moyſi: Sic perſeuerat populus, ut omnino non exaudiat me? Ecce nunc in uano non erit cogitatio quæ exiuit de me, præmittam angelum iræ meæ in ipſos, ut contribulet corpora eorum igni in eremo? Ego autem mandabo ange-
D lis meis, qui cuſtodiunt eos, ut non rogent pro eis, quia animas eorum includam in theſauros tenebrarum, & dicam ſeruis meis patribus eorum: Ecce hoc eſt ſemen cui locutus ſum, dicens: Adueniet ſemen ueſtrum in terram non ſuam, & gentem cui ſeruierit ego iudicabo, & compleui uerba mea, & tabefeci inimicos eorum, & ſubieci angelos ſub pedibus eorum, & nubem poſui in tabernaculum capitis eorum, & præcepi mari, & diſruptis ante faciem eorũ abyſſis ſteterunt muri aquarum. Et nihil ſimile factum eſt uerbo huic, ex qua die dixi: Congregentur aquæ ſub cœlo in locum unum, uſque in hunc diem, & eduxi eos. Inimicos autem eorum interfeci, & adduxi eos in conſpectu meo uſque ad montem Sina. Et inclinaui cœlos, & deſcendi incendere lucernam populo meo, & creaturæ ponere terminos. Et docui eos, ut facerent mihi ſanctimonia, ut habitarem in eis, ipſi autem dereliquerunt me, & increduli facti ſunt uerborum meorum, & euanuit ſenſus eorum. Et nunc ecce uenient dies, & faciam eis ſicut uoluerunt, & corpora eorum deijciam in eremo. Et dixit Moyſes: Nunquid antequam ſemen acciperes, quo hominem faceres ſuper terram, ego conſtitui uias eorum? Et ideo nunc ſuſtineat nos miſericordia tua uſque in finem, & pietas tua in longitudinem dierum. In tempore illo præcepit illi de fimbrijs. Et tunc reſtitit Choreb, & ducenti uiri cum eo, & locuti ſunt, dicentes: Quid ſi ponitur nobis lex inſufferibilis? Et iratus eſt deus, & dixit: Ego præcepi terræ, & dedit mihi hominem, & nati ſunt ei in primis duo filij: & ſurrexit maior, & occidit minorem, & feſtinans terra deglutiuit ſanguinem eius. Ego autem expuli Cain, & maledixi terræ, & locutus ſum Sion, dicens: Non adijcias ut deglutias ſanguinem. Et nunc fortiter contaminatæ ſunt cogitationes hominũ. Ecce ego præcipio terræ, & deglutiet corpus & animam pariter, & erit habitatio eorum in tenebris, & in perditione, & non morient, ſed tabeſcent, quouſq;

rememorabor

A rememorabor ſeculi. Et ero innouans terram, & tunc morientur & nō uiuent,
& auferetur uita eorum de numero omniū hominum, & non reſpuet eos infer-
nus ultra, & perditio eorū non rememorabitur, & erit exitus eorum ſicut tribus
gentium, quarum dixi non memorabor, id eſt caſtra Aegyptiorum, & gentem
quam perdideram aqua diluuij, & deglutiet eos terra, & nō adijciam amplius.
Et loquente Moyſe omnia uerba hæc populo, adhuc diffidēs erat Choreb, &
uiri eius: Et miſit Choreb conuocari ſeptem filios ſuos, qui non fuerunt cū eo
in conſilio. Illi autem mandauerunt ei dicentes: Sicut imaginē non oſtendit pi-
ctor per artem, niſi ante doctus fuerit, ita nos legem fortiſſimi accipientes, quæ
docet nos uias eius, nō intrabimus in eas, niſi ut in eis ambulemus. Pater nos
nō genuit, ſed fortiſſimus nos plaſmauit. Et nunc ſi ambulauerimꝰ in uijs eius,
erimus filij ſui. Si autem tu diffidens es, ingredere uiam tuam: Et non aſcende-
runt ad eū. Et factum eſt poſt hæc aperta eſt terra corā ipſis, & miſerunt ad eum
filij eius dicētes: Si adhuc inſtat furor tuus, quis te adiuuabit in die perditionis
tuæ? Et non audiuit eos, & aperuit terra os ſuū, & deglutiuit eos, & domos eo-
rum. Et motum eſt quater fundamentū terræ, ut deglutiret homines, ſicut præ-
ceptū fuerat ei. Et ſuſpirauit poſt hæc Choreb, & Synagoga eius, quouſq; red-
deretur firmamentum terræ. Synagogæ autē plebis dixerunt Moyſi: Nō poſſu-
mus manere in † Syna loci huius, unde glutitus eſt Choreb, & uiri eius. Et ille *† ſinu fortaſſe*
dixit ad eos. Tollite de gyro eorum tabernacula ueſtra, nec cōiungamini pec- *legendū eſt.*
catis eorum. Et fecerunt ſic. Tunc oſtenſum eſt genus ſacerdotale in electione
tribus, & dictum eſt Moyſi: Accipe per duodecim tribus ſingulas uirgas, & po
ne eas in tabernaculo, & tunc ad quem locuta fuerit gloria mea, ipſius uirga flo
B rebit, & auferam murmurationem de populo meo. Et fecit ſic Moyſes, & po-
ſuit XII. uirgas, & proceſſit uirga Aaron, & protulit florē, & fecit ſemen ami-
gdali. Erat autem illa ſimilitudo quæ tunc nata eſt, ſimilis operi quod operaba *Virga Ami-*
tur Iſraēl, dum eſſet in Meſopotamia apud Laban Syrum, quando tulit uirgas *gdalina.*
amigdalinas, & poſuit eas in congregationem aquarum, & ueniebant pecora
bibere, & diuidebantur per uirgas decoriatas, & pariebant albos hœdos, &
guttis aſperſos, & uarios. Propterea ſimilis facta eſt Synagoga populi gregi
ouiū, & ſicut pariebant pecora ſecundū amigdalinas uirgas, ſic conſtitutū eſt
ſacerdotium per uirgas amigdalinas. In illo tempore, interfecit Moyſes Seon
& Og reges Amorreorū, & hæreditauit omnem terram eorum populo ſuo, &
habitauerūt in ea. Balac autem erat rex Moab inhabitans contra eos, & timuit
ualde, & miſit ad Balaam filium Beor interpretem ſomniorum, qui habitabat
in Meſopotamia, & mandauit ei dicens: Ecce ego ſcio, quomodo in regno pa-
tris mei Epher, cum expugnarent eum Amorrei, maledixiſti eos, et traditi ſunt
in conſpectū eius: Et modo ueni, & maledic populum iſtū, quoniam multus
eſt ſuper nos, & honorificabo te nimium. Et dixit Balaā: Ecce placuit Balac, &
neſcit quoniā non ita eſt conſiliū dei, ſicut conſiliū hominis. Ipſe autē non no
uit, quoniam ſpiritus qui nobis datus eſt, in tempore datus eſt, uiæ autē noſtræ
non ſunt directæ, niſi uelit deus. Et nunc expectate hic, et uidebo quid mihi lo
quatur dominus in hac nocte. Et dixit ad eū deus per noctē: Qui ſunt uiri, qui
uenerunt ad te? Et dixit Balaam: Vt quid dn̄e tentas genus hominū? Hi ergo
non poſſunt ſuſtinere, quoniam tu plus ſcis quæ habentur in ſeculo, antequā
fundares illud. Et nunc illumina ſeruū tuum, ſi rectū eſt ut proficiſcar cum eis.
Et dixit ad eum: Nonne de hoc populo locutus ſum Abrahæ in uiſu, dicens:
Erit ſemen tuū tanquam ſydera cœli, quando leuaui eū ſuper firmamentum, &

C oſtendit ei omniũ aſtrorũ diſpoſitiones, & filiũ eius petij in holocauſtomata?
Et adduxit eum ut cõponeretur in ſacrario, ego autẽ reddidi eum patri ſuo. Et
quia non contradixit, facta eſt oblatio eius in conſpectu meo acceptabilis, &
pro ſanguine eius elegi iſtos. Nónne de hoc dixi, ego reuelabo Abrahæ omnia
quæ ego facio? Et Iacob, cum luctaretur in puluere cũ angelo, qui ſtabat ſuper
hymnos, non dimiſit eũ donec benediceret illum? Et nunc ecce tu cogitas pro
ficiſci cum eis, ut maledicas quos elegi? Quod ſi maledixeris eos, quis erit qui
benedicet te? Et ſurrexit Balaã mane, & dixit: Proficiſcimini uiam ueſtrã, quo-
niam non uult me deus uenire uobiſcum. Et profecti ſunt, & retulerunt Balac
quæ dictá fuerant de Balaam. Et adiecit Balac mittere alios uiros ad Balaam,
dicens: Ecce ego ſcio, quoniam, cum offeras deo holocauſtomata, reconciliabi
tur deus hominibus, & nunc appone adhuc ut petas à domino tuo, & roges in
holocauſtis quantis uoluerit. Quod ſi forte propitiabitur malis meis, habebis
mercedem tuam, tum & deus accipiet oblationes ſuas. Et dixit ad eos Balaam:
ecce inſpiciens eſt filius Ephor, & neſcit quoniã inhabitat in gyro mortuorũ,
& nunc expectate hac nocte, & uidebo quid mihi dicat deus. Et dixit ad eum
deus: Vade cum eis, & erit uia tua in ſcandalum, & ipſe Balac erit in perditio-
nem. Et leuauit ſe mane, & profectus eſt cum eis, & uenit aſina eius in itinere
eremi, & uidit angelum, & aperuit oculos Balaam, & uidit angelum, & adora
uit eũ in terra. Et dixit ad eum angelus: feſtina, & uade, quia quæ dixeris fient
ei. Et uenit in terrã Moab, & ædificauit ſacrariũ, & obtulit oblationes, & cum
uidiſſet partẽ populi, non permanſit in eo ſpiritus dei. Et tulit parabolam eius,
& dixit: Ecce adduxit me Balac ad montẽ dicens: Veni irrue in ignẽ hominum
D iſtorum, quem aquæ extinguent non ſuſtineo, ignem uero qui abſorbet aquã,
quis ſuſtinebit? Et dixit illi, facilius eſt tollere fundamenta, & omne faſtigium
eorum, & extinguere lumen ſolis, & intenebriſcare lumen lunæ, quàm qui uo
luerit eradicare plantaginẽ fortiſſimi, aut exterminare uineam eius. Et ipſe ne-
ſciuit quoniam ideo elatus eſt ſenſus eius, ut feſtinet perditio eius. Ecce enim
uideo hæreditatẽ quam oſtendit mihi fortiſſimus in nocte, & ecce dies ueniẽt,
& admirabitur Moab quæ accidunt ei, quoniam uoluit Balac muneribus per-
ſuadere fortiſſimum, & pecunijs emere dogma. Nónne oportebat te interroga
re, quæ miſit in Pharaonẽ, & in terram eius: propter quod uoluit in ſeruitutem
redigere eos? Ecce uinea obumbrans in deſiderio multo, & qui zelabitur quo-
niam non marceſcit. Si autem quis dixerit in cõſilio ſuo, quoniã in uano labo-
rauit fortiſſimus, aut ſuperflue elegit eos, ecce nunc uideo ſalutem liberationis
quæ futura eſt. Et continens eos retineo in ſonis uocis meæ, & non poſſum di-
cere quæ uideo oculis meis, quia modicũ mihi ſupereſt ſancti ſpiritus, qui ma-
net in me, quomodo cognoui, & per qđ ſuaſus ſum à Balac, perdidi tẽpus uitæ
meæ: Ecce adhuc uideo hæreditatẽ diſſolutionis populi huius, & ſplẽdet ſuper
ſplendorem fulgorũ lumẽ eius, & leuior curſus eius ſagittis. Et ueniet tempus,
& ſuſpirabit Moab, & infirmi erunt ſeruiẽtes Cham: qui hæc cogitauerũt ſuper
eos. Ego autẽ ſtridebo dentibus, pro eo qđ deductus ſum, & tranſgreſſus ſum
quæ dicta ſunt ad me nocte. Et prophetia mea manifeſta permanebit, & uerba
mea uiuent, & ſapientes & intelligentes uerba mea memorabunt, quoniã ego
cum maledixi perij, benedixi autẽ, & non ſum benedictus. Et hæc dicẽs tacuit.
Et dixit Balac: Fraudauit te deus tuus multorũ munerum meorũ. Et tunc dixit
ad eum Balaam: Veni, & conſiliemur quid facias eis, elige ſpecioſas mulieres,
quæ ſunt in nobis, & quæ in Mazia, & ſtatue eas ante eos nudas, & ornatas au-
ro, &

A ro,& lapidibus precioſis,& erit cũ uiderint & concubuerint cũ illis,peccabunt domino ſuo,& incident in manus ueſtras,quia aliter expugnare eos nõ potes. Et his dictis, auertit ſe Balaam,& reuerſus eſt in locũ ſuũ. Et poſt hæc ſeductus eſt populus poſt filias Moab: fecit enim Balac omnia quæ oſtendit ei Balaam. Et in tempore illo occidit Moyſes populos, & media ſpolia eorum diuiſit populo, & cœpit manifeſtare eis uerba legis, quæ locutus eſt eis in Oreb deus, & locutus eſt ad illos dicens: Ecce ego dormio cum patribus meis,& eã ad populum meũ. Noui autẽ quia ſurgentes relinquetis diſpoſita uobis per me uerba,& iraſcetur deus in uobis,& derelinquet uos, & diſcedet de terra ueſtra, & adducet ſuper uos odientes uos,& principabuntur uobis nõ uſq; in fine, quia rememorabitur teſtamẽti quod diſpoſuit ad patres ueſtros. Tunc aũt & uos,& filij ueſtri, & omnes generationes ueſtræ reſurgent poſt uos, & quærent diem mortis meæ, & dicent in corde ſuo: Quis dabit nobis paſtorem unũ ſicut Moyſes,aut iudicem tanquã filijs Iſraël, qui in omni tempore oret pro peccatis noſtris,& exaudiatur pro iniquitatibus noſtris? Ego autẽ hodie teſtor uobis cœlum & terram: quia cœlum hoc audiet,& terra perſpiciet auribus: quia deus reuelabit finem orbis,ut uobiſcũ diſponat ſuper excelſa ſua, & incendens in uobis ſempiternam lucernam,& recordabimini iniqui. Cũ autẽ locutus ſum uobis,reſpondiſtis uos dicentes: Omnia quæ locutus eſt nobis deus,faciemus & audiemus. Si autẽ tranſgreſſi fuerimus,aut corruperimus uias noſtras,uocabis ſuper nos teſtem, & abſcidet nos: Scitote autẽ quoniã panem angelorũ manducaſtis XL annis,& nũc ecce ego benedico tribus ueſtras,antequã finis meus ueniat. Vos autẽ ſcitote laborẽ meũ quem laboraui uobiſcũ,ex quo aſcendiſtis de terra Aegypti. Et his dictis,locutus eſt ad eum deus tertio dicens: Ecce

B tu proficiſceris dormire cum patribus tuis. Exurget autẽ populus hic & requiret me, & obliuiſcetur legẽ meã in qua illuminaui eum, & relinquã ad tempus ſemen eorũ. Tibi autẽ oſtendam terram priuſquam moriaris,ſed non ingredieris ibi in hoc ſeculo,ne uideas ſculptilia in quibus incipiet populus hic inplanari & deuiari. Demonſtrabo tibi locum, in quo mihi ſeruiet annos DCCXL. & poſt hæc tradetur in manus inimicorum ſuorum, & demolientur eum, & circundabunt eum alienigenæ,& erit in illa die ſecundũ diem illum in quo cõtriui tabulas teſtamenti,quas diſpoſui ad te in Oreb, & peccantibus illis, euolauit ex eis quod erat ſcriptum. Dies autem erat ſeptima decima menſis quarti. Et aſcendit Moyſes in montem Oreb,ſicut præceperat ei deus,et orauit dicens: Ecce ego quidẽ compleui tempus uitæ meæ, & cõpleui annos CXX. Et nunc peto,miſericordia tua cũ populo tuo, & miſeratio tua cũ hæreditate tua ſolidetur dñe,& longanimitas tua in loco tuo ſuper electionis genus,quoniã tu præ omnibus dilexiſti eos. Et tu ſcis quoniã ego erã paſtor ouium, & cũ paſcerem gregẽ in eremo,adduxi eos uſq; in montẽ tuũ Oreb,& tunc primũ uidi angelũ tuũ ignitũ de rubo,tu autẽ uocaſti me de rubo,& ego timui,& declinaui faciem meã,& miſiſti me ad eos,& liberaſti eos de Aegypto: inimicos autẽ eorum demerſiſti in aquã,& dediſti eis legẽ,& iuſtitias in quib⁹ uiuent. Quis eſt aũt homo qui tibi nõ peccauit? Quomodo cõſtabilietur hæreditas tua: ſi nõ miſertus fueris eis? Aut quis adhuc naſcet,ſine peccato? Emendabis aũt eos in tẽpore, & nõ in ira. Tũc oſtendit ei dñs terrã,& omnia quæ ſunt in ea,& dixit: Hæc eſt terra quã dabo populo meo. Et oſtendit ei locũ unde eleuant nubes aquã,ad irrigandũ oẽm terrã, & locũ unde accipit fluuius irrigationẽ,& terrã Aegypti,& locum firmamenti, unde bibet ſola terra ſancta. Et oſtendit ei locũ unde pluit

C manna populo, uſqꝫ ad ſemitas paradiſi. Et oſtẽdit ei menſuras ſanctuarij, et nu
merũ oblationũ, & ſigna in quibus incipiãt inſpicere cœlũ, & dixit: Hæc ſunt
quæ prohibita ſunt generi hominũ, quoniã peccauerunt ſibi. Et nunc uirga tua
in qua facta ſunt ſigna, erit in teſtimonia inter me & populũ meũ. Et cũ pecca-
uerint iraſcar eis, et memorabor uirgæ tuæ, & parcã eis iuxta miſericordiã meã.
Et erit uirga tua in cõſpectu meo in cõmemoratione omniũ dierũ, & ſimilabit
Gene. 9 arcui in quo diſpoſui teſtamentũ ad Noë, cũ exiret de arca, dicẽs: dabo arcum
meum in nubẽ, & erit in ſignũ inter me & homines, ne ultra ſit aqua diluuij in
omnẽ terrã. Te aũt accipiã inde, & glorificabo te cũ patribus tuis, & requiẽ da-
bo tibi in dormitione tua, & ſepeliã te cũ pace, & lugebunt te omnes angeli, &
Deut. ult. militiæ cõtriſtabuntur. Nullus autẽ angelorũ nec hominũ ſciet ſepulchrũ tuũ,
in quo incipies ſepeliri, donec uiſitẽ ſeculũ, & excitabo te & patres tuos de ter-
ra Aegypti, in qua dormietis, & uenietis ſimul, & habitabitis inhabitationem
immortalẽ, quæ non tenet in tempore. Cœlũ autem hoc erit in cõſpectu meo
tanquã nebula currens, & tanquã dies tranſiens externus. Et erit cũ appropin-
quauerit uiſitare orbẽ, iubebo annis, & præcipiã temporibus, & breuiabuntur,
& accelerabuntur aſtra, & feſtinabit lumen ſolis in occaſum, & nõ permanebit
lumen lunæ, quoniã feſtinabo excitare uos dormientes, ut quem oſtendi tibi
locum ſanctificationis, in eo habitent omnes qui poſſunt uiuere. Et dixit Moy
ſes: Si adhuc potero petere dñe de te iuxta multitudinẽ miſericordiæ tuæ, nõ in-
digneris mihi, & oſtẽde mihi quanta quãtitas tẽporis tranſijt, & quãta reman-
ſit. Et dixit ad eũ: Iſtic mel apex magnus momẽti plenitudo & ciati gutũ, & oĩa
cõpleuit tempus: quatuor em̃ ſemis tranſierũt, & duæ ſemis ſuperſunt. Et audi
D ens Moyſes repletus eſt ſenſu, & mutata eſt effigies eius in gloria, & mortuus
eſt in gloria ſecundũ os dñi, & ſepeliuit eũ iuxta qđ promiſerat ei, & luxerunt
angeli in morte eius, & præcedebant eũ fulgura, & lampades, & ſagittæ, omnes
unanimes, & in illa die nõ eſt dictus hymnus militũ pro receſſu Moyſi, nec fuit
talis dies ex eo quo fecit deus hominẽ ſuper terrã, nec erit talis adhuc in ſempi
ternũ, ut humiliet ꝓ hominibꝰ hymnus angelorũ, quoniã ualde amauit eũ, &
ſepeliuit eũ ꝑ manus ſuas ſuꝑ excelſã terrã, et in lumine totiꝰ orbis. Et in tẽpore
illo diſpoſuit deus teſtamentũ ſuũ cũ Ieſu filio Naue, qui remãſit de uiris explo
rantiũ terram: quoniã ſors exierat in eos, ut non uiderent terrã, eò quod male
locuti fuerant de ea, & propter hoc defuncta eſt generatio illa. Tunc dixit deus
ad Ieſum filiũ Naue: Vt quid luges, & ut quid ſperas in uanum, cogitans quod
Moyſes adhuc uiuet? Et ideo ſuperflue ſuſtines, quoniã defunctus eſt Moyſes.
Accipe ueſtimenta ſapientiæ eius, & indue te, & zona ſcientiæ ipſius præcinge
lumbos tuos, & immutaberis, & eris in uirum aliũ: Nonne pro te locutus ſum
Moyſi ſeruo meo dicens: iſte ducet populum meũ poſt te, et in manũ eius tradã
reges Amorreorũ. Et accepit Ieſus ueſtimẽta ſapientiæ, & ueſtiuit ſe, & zona in-
telligẽtiæ præcinxit lumbos ſuos. Et factũ eſt cũ ueſtiret ſe ea, incenſa eſt mens
eius, & ſpiritus eius cõmotus eſt, & dixit populo: Ecce prima generatio defun-
cta eſt in eremo, eò quod cõtradixerint deo ſuo. Et ecce nũc uos omnes duces
ſcitote hodie, quia ſi proficiſcimini in uijs dei ueſtri, dirigentur ſemitæ ueſtræ.
Si aũt nõ obaudieritis uoci eius, & ſimiles fueritis patribꝰ ueſtris, corrumpent
opera ueſtra, & uoſipſi cõfringemini, & ꝑibit de terra nomẽ ueſtrũ. Et ubi erũt
uerba quæ locutꝰ eſt deus patribꝰ ueſtris? Nam etſi dixerũt gentes forſitan: defe
cit deus, quoniã nõ liberauit populũ ſuũ, agnoſcentes tamẽ qđ elegerit ſibi ple
bes alias, faciẽs cũ eis mirabilia magna, tunc intelligẽt quoniã ꝑſonã nõ accepit
fortiſſimus.

A fortiſſimus. Sed qa peccaſtis per extollentiã, ideo abſtulit uirtutẽ ſuã à uobis,
& ſubiecit uos. Et nunc exurgentes ponite cor ueſtrũ, ut ambuletis in uijs dñi
ueſtri, & diriget uos. Et dixerunt ad eum populi: Ecce nos ſcimus hodie quæ
prophetauerunt Eldat & Modat, in diebus Moyſi dicentes: Poſt requietionẽ
Moyſi, dabitur principatus Moyſi Ieſu filio Naue. Et non zelatus eſt Moyſes,
ſed gauiſus eſt in auditu eorum: & ex hoc crediderunt omnes populi, quoniã
tu his ducatum agas, & diuides eis in pace terrã: Et nunc etiã ſi fuerit cõflictus,
confortare & uiriliter age, quoniam tu ſolus in Iſraël principaberis. Et hæc au
diens Ieſus, cogitauit ut mitteret in Iericho exploratores. Et conuocauit Ce-
nez, & Seeniamian fratrem, duos filios Caleph, & dixit ad eos dicens: Ego &
pater ueſter miſſi ſumus per Moyſen in eremo, & aſcendimus cum cæteris de-
cem uiris: Et reuertentes illi male locuti de terra, & diſſoluerunt cor populi, &
diſſipati ſunt ipſi, & cor populi cum eis: Ego autem & pater ueſter ſoli comple
uimus uerbum domini, & ecce uiuimus hodie: Et nunc mittã uos inſpicere ter
ram Iericho, imitamini patrẽ ueſtrum, & uiuetis & uos. Et aſcendentes inſpe-
xerunt ciuitatẽ. Et ut renuntiauerũt uerbum, aſcenderunt populi, & expugna
uerunt ciuitatẽ, & incenderunt eam igni. Et poſtꝗ defunctus eſt Moyſes, de-
ſijt manna deſcendere filijs Iſraël: & tunc cœperũt manducare de fructibus ter
ræ. Et hæc ſunt tria, quæ dedit populo ſuo deus, propter tres homines, id eſt, pu *Fructus terræ*
teũ aquæ myrrhæ pro Maria: & columnã nubis pro Aaron: & manna pro Moy *poſt mortem*
ſe. Et finitis his tribus, ablata ſunt hæc tria dona ab illis. Populus autẽ & Ieſus *Moyſi.*
pugnabant contra Amorreos: Et inualeſcente pugna ſuper inimicos ſuos, per
omnes dies Ieſu conſumpti ſunt XXX. & IX. reges, qui habitabant terrã.
B Et dedit Ieſus in ſortẽ terrã populo, unicuiꝗ tribui ſecundũ ſortes, iuxta quod
præceptũ fuerat ei. Tunc acceſſit ad eũ Caleph, & locutus eſt dicens: Scis quo-
niam ambo in ſorte miſſi ſumus de Moyſe ire cum ſpeculatoribus, & quia nos
compleuimus ſermonẽ dñi, ecce nos uiuimus modo, et nunc ſi eſt beneplacitũ
ante oculos tuos, det Cinez filio meo in ſortẽ territoriũ trium turriũ. Et bene
dixit eũ Ieſus, & fecit ſic. Et cum ſenuiſſet & ꝓceſſior eſſet in diebus Ieſus, dixit
ad eũ deus: Ecce tu ſeneſcis, & ꝓceſſior es dierũ, et terra facta eſt multa ualde, et
nõ eſt qui ſortiat eam: Et erit ut poſt receſſum tuũ cõmiſceat populus hic cum
habitantib9 terrã, & ſeducẽtur poſt deos alienos, & derelinquã eos ſicut teſtat9
ſum in ſermone meo ad Moyſen, ſed tu teſtare eis anteꝗ moriaris. Et dixit Ie-
ſus: Tu præ oĩbus ſcis dñe, quid agat cor maris anteꝗ iraſcat, & tu inueſtigaſti
aſtra, & numeraſti ſtellas, & conſtituiſti pluuiã, tu ſcis ſenſum omniũ genera-
tionũ anteꝗ naſcant: Et nunc dñe largire populo tuo cor ſapiẽtiæ, & ſenſum
prudẽtiæ: & erit cum dabis hæreditatibus tuis diſpoſitiones iſtas, nõ peccabũt
corã te, & tu nõ iraſceris eis: Nõnne hæc uerba ſunt quæ locutus ſum ante con
ſpectum tuũ domine, cum furatus eſt Achiras de anathemate, & traditus eſt po
pulus ante te, & ego rogãs in cõſpectu tuo dixi: Nõnne melius erat nobis dñe
ſi mortui fuiſſemus in rubro mari, ubi demerſiſti inimicos noſtros: aut ſi defun
cti fuiſſemus in eremo ſicut patres noſtri, ꝙ tradamur in man9 Amorreorũ, ut
exterminaremur ſemꝑ, et circa nos uerbũ eſt, nihil mali erit nobis: quoniã etſi
trãslata fuerit finis noſtra in mortẽ, tu tamẽ uiuis, ꝗ ante ſecula et poſt ſecula es:
Et ſi nõ poteſt excogitare homo, ut ꝓponat generationẽ unam, uni dicit: corrũ
pit deus quẽ elegit ſibi populũ, & ecce nos erim9 in inferno, tu tamẽ facies uer
bum tuũ uiuũ: & nunc ſuſtineat plenitudo miſerationũ tuarũ populũ tuũ, et eli
gat hæreditas tua uerũ: qa ipſe & generatio eius prĩcipabunt populo tuo. Nõn *Gen. 49.*

C ne,ꝓ eo dixit pater noſter Iacob,dicẽs:Non deficiet princeps ex Iuda,neq; dux
de femoribus eius. Et nunc cõfirma prædictos ſermones,ut diſcant gẽtes terræ
& tribus orbis,quoniã tu ſempiternus es.Et adiecit dicens: O dñe,ecce dies ue
niẽt,& aſſimilabũtur domus Iſraël columbæ fœtãti, quæ collocãs filios ſuos nõ
relinquet,nec obliuiſcetur locũ ſuũ,ſicut et iſti cõuerſi ab actibus ſuis,expugna
bunt ſalutem quæ naſcitur eis. Et deſcendit Ieſus in Galgala,& ædificauit ſacra
riũ lapidibus fortiſſimis, & nõ intulit in eos ferrũ, ſicuti præceperat Moyſes, &
ſtatuit lapides magnos in mõte Gebal, & dealbauit eos,& ſcripſit ſuper eos uer
ba legis, manifeſta ualde: Et cõgregauit omnẽ populũ in unum,& legit in au-
res eorum omnia uerba legis. Et deſcendens cum eis,leuauit ſupra ſacrariũ ſa-
crificia pacifica,& hymnizauerunt ualde, & leuauerunt arcam teſtamẽti domi
ni de tabernaculo cum tympanis,& choris,& nablis,& cum citharis, & pſalte
rijs,& omni organo bene ſonanti.Et erant ſacerdotes & leuitæ aſcendentes an
te arcã,& iubilantes in pſalmis: & poſuerunt arcam ante conſpectũ ſacrarij, &
leuauerunt inſuper ſacrificia pacifica multa ualde,& pſallebant unanimiter o-
mnis domus Iſraël in uoce magna,dicens:Ecce cõpleuit dominus noſter,quæ
locutus eſt patribus noſtris dicens: Semini ueſtro dabo terram fluentẽ lacte &
melle: Et ecce induxit nos in terrã inimicorũ noſtrorũ, & ipſos tradidit confra
ctos corde in conſpectu noſtro , & ipſe eſt deus qui mandauit patribus noſtris
in occultis animarũ dicẽs:Ecce fecit dominus omnia quæ locutus eſt ad nos in
Oreb, & ſi cuſtodiat cor noſtrũ uias eius, bene erit nobis, & filijs noſtris poſt
nos. Et benedixit eis Ieſus,& dixit: Dabit dominus ut permaneat in eo cor ue
ſtrum per omnes dies, & non recedentes de nomine eius perſeuerabit teſtamẽ
D tum domini uobiſcũ, & non corrũpatur, ſed ut ædificetur in uobis habitaculũ
dei,ſicut locutus eſt, cum miſit in hæreditatẽ ſuã cum iucunditate & hilaritate.
Et factum eſt poſt hæc cum audiſſet Ieſus & omnis Iſraël,ꝙ filij Ruben,& filij
Gad, & dimidia tribus Manaſſe, qui habitabant circa Iordanẽ,ædificaſſent ſi-
bi altare,& immolarent ſacrificia in eo,& feciſſent ſacerdotes in ſacrario,cõtur
bati ſunt omnes populi ualde, & uenerunt ad eos in Silon, & dixit ad eos Ie-
ſus,& omnes presbyteri dicentes: Quæ ſunt hæc opera quæ facta ſunt uobiſcũ,
necdum habitantibus nobis in terra noſtra? Nónne iſta ſunt uerba,quæ locu-
tus eſt ad uos Moyſes in eremo dicens: Videte, ne ingredientes in terram ue-
ſtram exterminetis opera ueſtra, & corrumpetis omnem populum iſtum? Et
nunc quare inimici noſtri ſuperabundauerunt, niſi quia uos corrumpitis uias
ueſtras,& feciſtis omnẽ conturbationẽ,& ideo collecti ſuper nos,frangẽt nos?
Et dixerunt filij Ruben,& filij Gad,& dimidia tribus Manaſſe ad Ieſum,& ad
omnem populum Iſraël:Ecce nunc deus amputauit fructum uentris hominũ,
& poſuit lumen,ut quæ in tenebris ſunt uideant, quoniã ipſe ſcit quæ in occul
tis ſunt abyſſi,& lumen cum eo permanet. Nunc ſcit dominus deus patrũ no-
ſtrorum, ſi aliquis de noſtris, aut nos ipſi fecimus rem iſtam in uerbo iniquita-
tis, niſi pro poſteris noſtris,ut non ſeparetur cor eorum à domino deo noſtro,
& ne dicant ad nos: Ecce nunc fratres noſtri,qui trans Iordanẽ ſunt,habent ſa
crarium,ut offerant oblationem in eo, nos autem in iſto loco non habentes ſa
crarium, recedamus à domino deo noſtro, quia prolongauit deus noſter de
uijs noſtris, ne ſeruiamus ei. Et hæc dicentes diximus inter nos: Faciamus no
bis ſacrarium, ut ſit eis animoſitas ad exquirendum dominum. Etenim aliqui
ex nobis aſtantes & ſcientes, quia fratres ueſtri nos ſumus, & innoxij ſtamus
ante conſpectum ueſtrum: Facite itaque quæ placent in oculis domini. Et di-
xit Ieſus:

A xit Ieſus: Nõnne fortior eſt rex dominus ſuper milia ſacrificia? Et quare non
docuiſtis filios ueſtros uerba domini, quæ audiſtis ex nobis? Quia ſi erant filij
ueſtri in meditatione legis domini, non ſeducerentur ſenſus eorum poſt ſacra-
rium manu factum. Aut non ſcitis quando uiduato ad modicum populo in
eremo, aſcendente Moyſe ut acciperet tabulas, ſeductus eſt ſenſus eius, & fe-
cit ſibi idola? Et ſi non miſericordia dei patrum ueſtrorum cuſtos fuiſſet, o-
mnes ſynagogæ factæ eſſent in fabulam, & diuulgarentur omnia peccata po-
puli propter inſipientiam ueſtram. Et ideo nunc euntes effodite ſacraria quæ
ædificaſtis uobis, & docete legem filios ueſtros, & erunt meditantes eam die ac
nocte, ut fiat eis per omnes dies uitæ eorum dominus in teſtimonium & iudi-
cem: Erit deus teſtis & iudex inter me & uos, & inter cor meum & cor ueſtrũ:
quia ſi in aſtutia feciſtis rem hanc, uindicabitur in uobis, propter quod uolui-
ſtis diſperdere fratres ueſtros: Si autẽ in ignorantia feciſtis, ſicut dicitis, propter
filios ueſtros miſericors erit uobis deus. Et reſpondit omnis populus: Amen,
amen. Et obtulit pro eis Ieſus, et omnis populus Iſraël, mille arietes pro uerbis
excuſationis, & orauerunt pro eis, & dimiſit eos cum pace. Et euntes deſtruxe
runt ſacrariũ, & ieiunauerũt, & plorauerunt ipſi & filij eorũ, & orantes dixerũt:
Deus patrũ noſtrorũ, & præſcius cordis hominũ omniũ, tu ſcis, quia non factæ
uiæ noſtræ in iniquitate ante conſpectũ tuum, ſed nec deuiauimus à uijs tuis,
ſed tibi ſeruiuimus omnes: quia opera manuũ tuarum ſumus: Nunc miſerere
teſtamenti tui filijs ſeruorũ tuorum. Et poſt hæc Ieſus aſcẽdit in Galgala, & le
uauit tabernaculũ dñi, & arcam teſtamenti, & omnia uaſa eius, & leuauit eam
in Silo, & demonſtrationẽ & ueritatẽ poſuit ibi. Et tunc Eleazar ſacerdos mi-
niſtrans altari, conueniẽtes omnes qui ueniebant ex populo interrogãtes do-
B minũ, per demonſtrationẽ inſtruebat eos, quoniam per hoc oſtendebaẽ eis.
In ſacrario uero nouo, quod erat in Galgalis, conſtituit Ieſus uſq; in hodiernũ
diẽ, quæ offerebanẽ à filijs Iſraël holocauſtomata per ſigulos annos. Quouſq;
enĩ ædificareẽ domus dñi Hieruſalẽ, & offerretur in nouo ſacrario, non prohi-
bitus eſt populus offerre in eo: quia ueritas & demõſtratio oſtendebat omnia
in Silo. Et quouſq; poneretur per Solomonẽ arca in ſacrario dñi, erant offeren
tes ibi uſq; illam diem. Eleazar uero filius Naue diſpoſuit populũ, & diuiſit eis
terrã, potens in uirtute. Et cum adhuc inimici Iſraël eſſent ſuper terram, appro
pinquauerunt dies Ieſu ut morereẽ, & miſit, et uocauit omnẽ Iſraël in omni ter
ra eorũ cum mulieribus & filijs, & dixit ad eos: Congregamini ante conſpectũ
arcæ, & teſtamenti dñi in Silo, & diſponã uobis teſtamentũ anteq; moriar. Et
congregatis omnibus populis X V I. die menſis tertij ante conſpectũ dñi in Si
lo cum mulieribus & filijs, dixit Ieſus ad eos: Audi Iſraël: Ecce ego diſpono ad
uos teſtamentũ legis huius, quã diſpoſuit dominus patrib⁹ noſtris in Oreb, &
ideo ſuſtinete hic iſta nocte, & uidete quid loquaẽ ad me pro uobis deus. Et ex
pectantibus populis illa nocte, uiſus eſt dñs Ieſu in aromate, & dixit dicens: Se
cundũ ſermones hos loquar ego huic populo. Et ſurrexit Ieſus mane, & cõgre
gauit omnẽ populum, & dixit ad eos: Hæc dicit dominus: Vna petra erat unde
effodi patrem ueſtrũ, & genuit uir ſcopuli illius duos uiros, quorum nomina
ſunt Abrahã & Nachor, & de dolatura loci illius natæ ſunt duæ mulieres: qua-
rum nomina ſunt Sara & Melcha, & habitauerunt in unũ trans flumen, et acce
pit Abrahã Saram, & Nachor Melcham. Et cum ſeducerẽtur habitantes terrã,
ſinguli quiq; poſt præſumptiones ſuas, credidit Abrahã mihi, & non eſt ſedu
ctus cũ eis, & ego eum erui de flamma, & accepi eũ, & ſuperduxi eum in omnẽ

terram

C terrã Chanaan, & dixi ei in uiſu dicens: Semini tuo dabo terram hanc. Et dixit
ad me: Ecce nunc dediſti mihi mulierẽ, & hæc ſterilis eſt: Et quomodo habebo
de mea petra cõcluſa? Et dixi ad eũ: Accipe mihi uitulũ trimũ, & caprã triennã,
& arietẽ trimũ, turturẽ & columbã. Et accepit hæc ſicut præcepi ei. Ego aũt im-
miſi in eum ſomnũ, & pauorẽ circundedi ei, & ante eum locũ ignis in quo ex-
pientur opera facientium iniquitatem in me, & faculas oſtendi ignis, unde il-
luminabuntur iuſti, qui crediderunt mihi. Et dixi ad eum: Hæc erunt in teſti
monio inter me & te, quoniam de concluſa dabo tibi ſemen: Et aſſimilabo te
columbæ, quia accepiſti mihi ciuitatem, quam incipient ædificare filij tui in
conſpectu meo. Turturem autem aſſimilabo Prophetis, qui de te naſcentur.
Et arietẽ aſſimilabo ſapientibus, qui de te naſcẽtur, illuminantibus filios tuos.
Vitulum uero aſſimilabo multitudini populorũ, qui multiplicatus eſt per te.
Capram aſſimilabo mulieribus, quarum aperiã metras, & parient. Hæc erunt
in teſtimonium inter nos, quoniã non tranſgrediar uerba mea. Et dedi ei Iſaac,
& plaſmaui eum in metra eius quæ eum genuit, & præcepi ei ut citius reſtitu-
ens eum redderet mihi in menſe ſeptimo: & propterea omnis mulier quæ pe-
pererit ſeptimo menſe, uiuit filius eius, quoniam ſuper eum uocaui gloriã me-
am, & nouum oſtendi ſeculum: Et dedi Iſaac Iacob & Eſau: & dedi Eſau ter-
ram Seir in hæreditatem: Iacob autem & filij eius deſcenderunt in Aegyptum:
Et humiliauerũt Aegyptij patres ueſtros, ſicut uos ſcitis, & memoratus fui pa
trum ueſtrorum, & miſi Moyſen amicum meum, & liberaui eos inde: inimi-
cos autem illorum percuſſi, & eieci eos in manu excelſa, & deduxi eos per ru-
brum mare, & ſubſtraui ſub pedibus eorum nubem, & eduxi eos per abyſſum,
D & adduxi eos ſub montẽ Sina, & inclinaui cœlos, & deſcendi, & ſolidaui flam
mam ignis, & obturaui uenas abyſſi, & impediui curſum ſtellarum, & ceſſaui
ſonos tonitruum, & extinxi plenitudinẽ uenti, & increpaui multitudinem nu
bium, & ſtatui motus earum, & ſuſpendi tempeſtatem militiarum, ut non cor
rumperem teſtamentũ meum, quoniam mouebantur in deſcenſu meo omnia,
& animabantur uniuerſa in aduentu meo, & non permiſi diſſipari populum
meum, ſed dedi ei legem meam, & illuminaui eos, ut facientes hæc uiuant, &
longæui fiant, & non moriantur. Et induxi uos in terram iſtam, & dedi uobis
uineas, ciuitates quas non ædificaſtis habitatis, & compleui teſtamentum ue-
ſtrum quod dixi patribus ueſtris. Et nunc ſi uos obaudieritis patres ueſtros, ap
ponam cor meum in uobis in ſempiternum, & obumbrabo uos, & non appo-
nent inimici ueſtri expugnare uos, & erit terra ueſtra nominata in omnem or
bem, & ſemen ueſtrum electum in medio populorum dicentiũ: Ecce populus
fidelis, quia crediderunt domino, propterea liberauit eos dominus, & planta-
uit eos: Et ideo plantabo uos tanquam uineam deſiderij, & regam uos tanquã
gregem amabilem, & mandabo pluuiæ, & rori, & ſaturabunt uos in tempore
uitæ ueſtræ. Erit autem & in finem uniuſcuiuſq; omnium ueſtrum ſors in uitã
æterna, uobis & ſemini ueſtro, & accipiam animas ueſtras, & reponam eas in
pace, quouſq; compleatur tempus ſeculi, & reddam uos patribus ueſtris, & pa
tres ueſtros uobis: & ſcient ipſi per uos, quoniam non in uano elegi uos. Hæc
ſunt uerba quæ locutus eſt dominus ad me nocte hac. Et reſpõderunt omnes
populi, & dixerunt: Dominus eſt deus noſter, & ipſi ſoli ſeruiemus. Et fece-
runt epulationẽ omnes populi in illa die & innouatione, diebus XXVIII.
Et poſt dies illos adiecit Ieſus filius Naue congregare omnes populos, & dixit
ad eos: Ecce nunc dominus eſt teſtatus in uobis hodie: Teſtatus ſum uobis cœ

*Septimo menſe partus ſunt uitales propter Iſaac, qui hoc menſe eſt editus.*

ſitan

A lum & terram: quoniã ſi ſuſtinetis ſeruire domino: ſi autem non uultis ſerui-
re ei, & uultis obaudire dijs Amorreorum, in quorum terra habitatis, dicite ho
die in conſpectu domini, & proficiſcimini. Ego autẽ & domus mea ſeruiemus
domino. Et leuauerunt omnes populi uocem ſuam, & plorantes dixerunt:
Forſitan dignatus eſt deus, & in timore eius melius eſt nobis mori, quàm de-
leri de terra. Et benedixit Ieſus filius Naue populos, & oſculatus eſt eos, & di
xit ad illos: Fiant uerba ueſtra in miſericordiam ante dominũ noſtrum, & mit
tet Angelum ſuum, & conſeruet uos. Memores eſtote mei poſt mortem meã,
& Moyſi amici domini, & non recedant de uobis uerba teſtamenti, quæ diſpo
ſuit ad uos per omnes dies: Et dimiſit eos, & profecti ſunt unuſquiſq; in hære-
ditatem ſuam. Ieſus autem repoſuit ſe in lectulo ſuo, & miſit & uocauit filium
Eleazari ſacerdotis, & dixit ad eum: Ecce iam uideo oculis meis tranſgreſſio-
nem populi huius, in quo incipient præuaricari: tu tamen uirtutifica manus
tuas, in quo tempore es cũ eis. Et oſculatus eſt eum, & patrẽ eius, & filios eius,
& benedixit eum, & dixit: Dominus deus patrum ueſtrorum dirigat uias ue-
ſtras, & populi huius. Et ut deſijt loqui ad eos, complicuit pedes ſuos in lectũ, *Ieſus filius Na*
& obdormiuit cum patribus ſuis. Et poſuerunt filij eius manus ſuas ſuper ocu- *ue moritur.*
los illius. Et tunc omnis Iſraël congregati ſunt in unum, ut ſepelirent eum, &
planxerunt eum planctu magno, & hæc dicebant in planctu ſuo: Plangite ſu-
per pennam aquilæ huius leuis, quoniã euolauit à nobis, & plangite ſuper uir-
tutem catuli leonis, quoniam abſconſus eſt à nobis. Et quis iens renuntiet iu-
ſto Moyſi, quoniam habuimus quadraginta annis ducem ſimilem ei? Et com-
pleuerunt planctum ſuum, & ſepelierunt eum manibus ſuis in monte Effraim,
B & reuerſi ſunt unuſquiſq; in tabernaculum ſuum. Et poſt mortem Ieſu requie-
uit terra Iſraël. Et quærebant Allophili pugnare cum filijs Iſraël. Et illi interro-
gantes dominum dixerunt: Si aſcendimus, & pugnamus contra Allophilos?
Dixit eis deus: Si corde puro aſcenditis, pugnate: ſi autem contaminatũ eſt cor
ueſtrum, non aſcendatis: Et adiecerunt interrogare, dicentes: Quomodo ſcie-
mus, ſi omne cor populi æquale ſit? Et dixit eis deus: Mittite ſortes in tribus ue-
ſtras, & erit omni tribu qui uenerit in ſortem, ſeparetur in unam ſortem, & tũc
ſcietis cuius cor purum eſt, & cuius contaminatum ſit. Et dixit populus: Conſti
tuamus prius in nobis ducem, & ſic ſortem mittamus. Et dixit eis angelus domi
ni: Præponite. Et dixit populus: Quem præponemus, qui dignus ſit domine?
Et dixit eis angelus domini: Mittite ſortem in tribu Caleb, & qui oſtenſus fue-
rit in ſorte, ipſe uobis principabitur. Et miſerunt ſortem in tribum Caleb, & exi
uit ſors ad Cenez. Et cõſtituerunt eum principem in Iſraël. Et dixit Cenez po *Cenez ſubſti-*
pulo: Adducite mihi tribus ueſtras, & audite uerbum domini. Et collecti ſunt *tuitur Ieſu fi-*
populi. Et dixit ad eos Cenez: Scitis quanta uobis mandauit Moyſes amicus *lio Naue.*
domini, ut non tranſgredimini legem in dextram uel in ſiniſtram? Sed & Ieſus
qui poſt eum fuit princeps, eaſdem uobis mandauit. Et nunc ecce audiuimus
de ore domini, quoniam cor ueſtrum contaminatum eſt, & præcepit nobis do-
minus, ut mittamus ſortem in tribus ueſtras, ut ſciamus cuius cor receſſit à do-
mino deo noſtro. Nónne adducetur in populum indignatio iracundiæ? Prædi-
co autem uobis hodie, quoniam etſi de domo mea aliquis exierit in ſortem pec
cati, non ſaluabitur, ſed igne cõcremabitur. Et dixit populus: Bonum uerbum
dixiſti facere. Et adduxit tribus in conſpectu eius, & inuenti ſunt de tribu Iuda
CCC XL. & V. uiri. De tribu autẽ Ruben DLX. Nam de tribu Simeon
DCC LXXV. Et de tribu Leui CL. Et de tribu Iſachar DCLX. & V.

C De tribu Zabulon DXL. & V. Et de tribu Gat CCCLXXX. Et de tri-
bu Aſer DCLXV. Et de tribu Manaſſe CCCCLXXX. Et de tribu Ef-
fraim CCCCXL. & VIII. Et de tribu Beniamin CCLX. & VII. Et
factus eſt omnis numerus eorum, qui inuenti ſunt ſorte peccati VIM. CX.
Et duxit eos omnes Cenez, & incluſit eos in carcere, quouſq; ſciretur quid fie-
ret de eis. Et dixit Cenez: Nónne de iſtis dixit Moyſes amicus domini, dicens:
Fortis eſt in uobis radix, germinans fel & amaritudinem? Et nunc benedictus
dominus, qui reuelauit omnes uoluntates hominum iſtorum, nec patiebatur
corrumpere populum in nequiſſimis operibus ſuis. Congregate ergo huc de-
monſtrationem & ueritatem, & Eleazarum ſacerdotem prouocate, & interro-
gemus per eum dominum. Et tunc Cenez & Eleazar, & omnes ſeniores, & o-
mnis ſynagoga unanimes orauerunt, dicentes: Domine deus patrum no-
ſtrorum, reuela ſeruis tuis ueritatem, quoniam inuenimur nõ credentes prodi-
gijs quæ feciſti patribus noſtris, ex quo eieciſti eos de terra Aegypti uſq; in ho
diernum diem. Et reſpondit dominus, & dixit: Primum interrogate eos qui in-
uenti ſunt, & confiteantur opera ſua quæ aſtute agebant, & poſtea igne concre
mabuntur. Et adduxit eos Cenez, & dixit ad illos: Ecce nunc ſcitis quomodo
confeſſus eſt Achiar, quando exiuit in ſortem, & renuntiauit omnia quæ fecit:
*& nunc renuntiate nobis nequitias ueſtras, & adinuentiones.* Et quis ſcit quo-
niam ſi dixeritis ueritatem nobis, & ſi modo moriamini, miſerebitur tamẽ uo-
bis deus, cum uiuificabit mortuos? Et dixit ei quidam eorũ Elas nomine: Nun
quid non iam aderit nobis mors, ut moriamur in igne? Dico autem tibi domi-
ne meus, nõ ſunt ſimiles ullæ adinuentiones, quas nequiter gerimus. Si autem
uolueris manifeſte ueritatem interrogare, ſingulariter interroga uiros uniuſcu
D iuſq; tribus, & ſic ſciet aliquis ex aſtantibus differẽtias peccatorum ipſorum. Et
interrogauit Cenez eos qui erant de tribu ſua, & dixerunt ad eum: Nos uolui-
mus imitari & facere uitulum, quem fecerant in eremo. Et poſt hæc interroga-
uit uiros de tribu Ruben, & dixerunt: Nos uoluimus immolare dijs habitantiũ
terram. Et interrogauit uiros de tribu Leui, & dixerunt: Nos uoluimus proba-
re tabernaculum ſi ſanctum eſſet. Et interrogauit derelictos de tribu Iſachar, &
dixerunt: Nos uoluimus interrogare per dæmones idolorum, ſi manifeſte an-
nuntiarent. Et interrogauit uiros de tribu Zabulon, & dixerunt: Nos uolui-
mus mãducare carnes filiorum noſtrorum, & ſcire ſi curam de ijſdem habet de-
us. Interrogauit derelictos de tribu Dan, & dixerunt: Nos docuerant Amorrei
quæ ipſi agebant, ut doceremus filios noſtros. Et ecce hæc abſconſa ſunt ſub ta
bernaculo Elas, qui tibi dixit, ut interrogares nos. Mitte ergo, & inuenies ea.
Et miſit Cenez, & inuenit ea. Et poſt interrogauit eos, qui ſupererant de tribu
Gat, & illi dixerunt: Nos mœchati ſumus alterutrum in mulieres noſtras. Et de
inceps interrogauit uiros de tribu Aſer, qui dixerunt: Nos inuenimus ſeptem
ſimulacra aurea, quæ uocabãt Amorrei ſanctas Nymphas, & auferentes eas cũ
precioſiſſimis lapidibus, qui ſuperpoſiti erant eis, abſcondimus illa. Et ecce nũc
depoſita ſunt ſub cacumen montis Sychem. Mitte ergo, & inuenies ea. Et miſit
Cenez uiros, & ſuſtulerunt ea inde. Hæ ſunt Nymphæ, quæ inuocatæ oſtende-
bant Amorreis per ſingulas horas opera eorum. Hæ ſunt enim, quæ adinuene-
runt ſeptem uiri peccatores poſt diluuium, quorum nomina hæc ſunt, Chana-
an, Phuht, Selath, Nebroth, Elath, Deſuat. Nec erit iam talis ſimilitudo in ſecu
lo ſculpta manu artificis, uel picturæ diſtincta uarietate. Erant autem confixa
& confirmata in conſecrationem idolorum. Lapides illi precioſi erant, allati de
terra

A terra Euilat. In quibus cryſtallinus erat, & praſinus, & uelut indiatrium ſculpti modum oſtendebant. Et alius ex his ſculptus erat deſuper, alius uelut chryſopaſſus ſtigmatus ita relucebat ſculptura, tanquam ſubiacentis profundi oſtentaret liquorem. Et hij ſunt lapides precioſi quos habebant Amorrei in ſanctis ſuis. Quorum precium ideo inæſtimabile erat, quoniam per noctem ingredientibus his, non erat neceſſarium lumen lucernæ, ita explendebat genuinum lapidum lumen. Inter quos tamen plus lucebat ille, qui in modum diatridis ſculptus de ſetis emundabat. Nam etſi quis de Amorreis cæcus erat, ibat & ponebat oculos ſuos ſuper eum, & recuperabat lumen. Quos inueniens Cenez, ſequeſtrans depoſuit eos, donec ſciret quid de eis fieret. Et poſt hæc interrogauit reliquos de tribu Manaſſe, & illi dixerunt: Nos tantummodo contaminauimus ſabbata domini. Et interrogauit derelictos de tribu Effraim, qui dixerunt: Nos uoluimus traijcere filios & filias noſtras per ignem, ut ſciremus ſi manifeſta eſſent quæ dicta fuerant. Et interrogauit derelictos de tribu Beniamin, dixerunt: Nos uoluimus in hoc tempore librum legis perſcrutari, utrum manifeſte deus ſcripſiſſet quæ erant in eo, aut Moyſes docuiſſet ea per ſe. Et accipiens omnia uerba hæc Cenez, cum ſcripſiſſet ea in libro, & legiſſet ante conſpectum domini, dixit ad eum deus: Accipe uiros, & ea quæ inuenta ſunt apud eos, & omnia eorum, & pone in torrentem Phiſon, & combures ea igni, ut pauſet ira mea ab eis. Et dixit Cenez: Nunquid & lapides hos precioſos comburemus igni, aut ſanctificamus eos tibi, quoniam non ſunt in nobis ſimiles his? Et dixit ad eum deus: Si deus aliquid accipit in nomine ſuo de anathemate, quid faciat homo? Et ideo nunc accipies lapides iſtos precioſos, & omnia quæ inuenta ſunt in libro: & cum homines ſic diſponas, lapides ponas in

B unam partem cum libris, quoniam non poterit ignis exurere eos. Et poſt oſtendam tibi quomodo eos perdas: Nam homines & omnia quæ inuenta ſunt concremabis igni. Et congregatis omnibus populis, dices ad eos: Sic fiet omni uiro, cuius declinauerit cor à deo ſuo. Et poſtquàm concremauerit ignis homines iſtos, tunc libros & lapides precioſos, qui non poſſunt igni comburi, neque incidi ferro, neque aqua deleri, pones eos in uertice montis iuxta nouum ſacrarium, & ego præcipiam nubi, & iens accipiet eos, & mittet ſuper libros, & delebit ea quæ ſcripta ſunt in his, quoniam non deleantur ex alia aqua, niſi ex ea quæ non ſeruiuit unquam hominibus. Et poſt eam mittam coruſcum meum, & comburet libros ipſos. De lapidibus uero precioſis præcipiam angelo meo, & accipiet illos, & iens ponet illos in profundum maris, & mandabo profundo, & abſorbet eos, quoniam non poterunt permanere in ſeculo, eò quod contaminati ſunt ab idolis Amorreorum. Et alij angelo præcipiam, & accipiet mihi duodecim lapides ex eo loco unde ablati ſunt iſti ſeptem: quos tu cum inueneris ſuper uerticem montis, ubi eos poſiturus es, accipiens pones eos ſuper epomiden contra duodecim lapides quos in eremo poſuit Moyſes, in logio ſanctificabis eos ſecundum duodecim tribus. Et ne dicas, quomodo ſciam quem lapidem, in qua tribu ponam? Ecce ego dicam tibi nomen tribus ſecundum nomen lapidis, & inuenies utraque ſculpta. Et iens Cenez, accepit omnia quæ inuenta fuerant, & homines ſimul cum his, & recongregauit ad ſe omnes populos, & dixit ad eos: Ecce uos uidiſtis omnia mirabilia, quæ oſtendit nobis deus, uſque in hodiernum diem: & ecce exquirentibus nobis uniuerſos, qui uerſute excogitabant mala contra dominum, & contra Iſraël, manifeſtauit eos nobis deus ſecundum opera eorum. Et nunc maledictus ho-

C mo quicunque tale adinuenerit facere inter uos fratres. Et reſpondit omnis populus, Amen, Amen. Et his dictis, concremauit omnes homines illos igne, & omnia quæ inuenta ſunt cum eis, præter lapides precioſos. Et poſt hæc uolens Cenez experiri ſi comburerentur lapides igni, miſit eos in ignem. Et factum eſt mox ut cadebant in ignem, extinguebatur ignis. Et accipiens Cenez ferrum ut frangerentur, & cum tetigiſſet eos gladius, ſoluebatur ferrum eius. Et poſt hæc uolens uel libros delere per aquam, factum eſt, ut decidens ſuper eos, aqua ſtringeretur in ſe. Et uidens hæc dixit Cenez: Benedictus deus, qui fecit tantas uirtutes in filios hominum, & fecit protoplaſtum Adam, & oſtendit ei omnia, ut cum peccaſſet in ipſis Adam, tunc hæc uniuerſa adnegaret, ne oſtendens hæc generi hominum, dominarentur eis. Et his dictis accepit libros & lapides, & poſuit eos ſuper uerticem montis, iuxta ſacrarium nouum, ſicut præcepit ei dominus. Et accipiens ſacrificium pacificorum, holocauſtomata obtulit in ſacrario nouo duo milia holocauſtorum, uniuerſa ſuperponens ea in holocauſtum. In illa die & epulati ſunt epulationem magnam, ipſe & omnis populus in unum. Et fecit deus eadem nocte, ſicuti dixit Cenez, præcepit nubi, & iens accepit ros de glacie paradiſi, & effundens illum ſuper libros, deleuit eos, & poſt hæc uenit angelus, & combuſſit eos. Alius autem angelus accepit lapides precioſos, & proiecit eos in cor maris, & præcepit profundo maris, & abſorbuit illos. Et alius angelus iens attulit duodecim lapides, & poſuit eos iuxta locum illum unde tulerat illos ſeptem. Et exculpſit in his nomina tribuum. Et ſurgens Cenez in craſtinum, inuenit lapides illos duodecim ſuper uerticem montis, ubi ipſe poſuerat illos ſeptem. Et ſculptura eorum erat talis, ut tanquam oculorum forma deſignaretur in eis. Et primus lapis in quo ſcriptum erat nomen tribus Ruben, conſimilabatur lapidi Sardino. Secundus autem lapis ſculptus erat de dente, & ibi exculpto nomine tribus Simeonis, ſimilitu-

*Nomina tribuum inſculpta lapidibus.*

D do Topazanis uidebat̃ in eo. Et in tertio lapide ſculptũ erat nomẽ tribus Leui, qui Smaragdino lapidi erat ſimilis. Nam quartus lapis Cryſtallus nominabatur, in quo erat ſculptum nomen tribus Iudæ, & lapidi Carbunculo ſimilabatur. Quintus uero lapis erat Praſinus, & ſuper ipſum ſculptum erat tribus Iſachar, & lapidis Sapphyri color erat in eo. Et ſexti uero lapidis ſculptura erat tanquam Chryſopraſſus eſſet, diuerſis diſtinctionibus ſtigmatus, & ibi erat ſcripta tribus Zabulon, & lapis Iaſpis aſſimilabatur ei. Nam ſeptimi lapidis reſplendens ſculptura, oſtendebat in ſe uelut infuſum liquorem profundi, & ibi ſcriptum erat nomen tribus Dan, qui lapis aſſimilabatur lapidi Ligirio. Octauus lapis ſculptus erat de Adamante, & ibi ſcriptum erat nomen tribus Neptalim, & Amethyſto lapidi aſſimilabatur. Et noni lapidis ſculptura erat tenebrata ex monte Ophir, & ibi ſcripta tribus Gad, & lapis Achates aſſimilabatur ei. Et lapidis decimi ſculptura excauata erat, & expreſſit ſimilitudinem lapidis Theman, & ibi erat ſcripta tribus Aſer, & lapis Chryſolithus aſſimilabat̃ ei. Et undecimus lapis electus de Libano, & ibi ſcriptum erat nomen tribus Ioſeph, & lapis Beryllus ſimilabatur ei. Et lapis duodecimus exciſus de exciſione, & ſuper ipſum ſcripta erat tribus Beniamin, & lapis Onychinus ſimilabatur ei. Et dixit deus ad Cenez: Accipe lapides iſtos, & pone eos in arca teſtamenti domini cum tabulis teſtamenti, quas dedi Moyſi in Oreb, & erunt ibi cum his, donec exurgat Iahel, qui ædificet domum in nomine meo, & tunc ea proponet ante me ſupra duo cherubin, & erunt in conſpectu meo in memoriã

A moriam domus Iſraël. Et erit cum impleta fuerint peccata populi mei, & cœ-
perint inimici potentari domui ipſorum, accipiam lapides iſtos, & illos prio-
res unà cum tabulis, & reponam ea in locum unde ab initio prolata ſunt, &
erunt ibi quouſque memor ſim ſeculi, & uiſitabo habitantes terram, & tunc
accipiam & iſtos, & alios plures ualde meliores, ex eo quod oculus non uidit,
nec auris audiuit, & in cor hominis non aſcendit, quouſque tale aliquid fieret
in ſeculum, & non indigent iuſti opera luminis ſolis, neque ſplendore lunæ,
quoniam precioſiſſimorum lapidum lumen erit lumen eorum. Et ſurrexit Ce-
nez, & dixit: Ecce quantum bonum fecit deus hominibus, & propter peccata
eorum ab his omnibus defraudati ſunt. Et nunc ſcio hodie quoniam genus
hominum eſt, & uita eorum in nihilo deputabitur. Et his dictis accepit lapides
de loco ubi erant poſiti, & cum tolleret eos, uelut lumen ſolis diffuſum ſuper il-
los, ſplendebat terra de lumine eorum. Et poſuit eos Cenez in arca teſtamen-
ti domini cum tabulis, ſicut præceptum fuerat ei, & ſunt uſque in hodiernum
diem. Et poſt hæc armauit de populo tria milia uirorum, & aſcendit expugna-
re Amorreos, & percuſſit prima die octingenta milia uirorum. Et ſecunda die
interemit quingenta milia. Et facta die tertia, male locuti ſunt uiri plebis ad-
uerſus Cenez, dicentes: Ecce nunc ſolus Cenez operatus eſt cum muliere ſua,
& concubinis ſuis in domo ſua, & nos mittet in pugnam, ut in conſpectu ini-
micorum noſtrorum conteramur. Et audientes hæc pueri Cenez, renuntia-
uerunt ei. Et præcepit quinquagenario, & adduxit ex his uiros triginta & ſe-
ptem, qui fuerunt detractores eius, & incluſit eos in carcerem. Quorum no-
mina hæc ſunt: Leetuz, Betul, Aephal, Dealma, Anaph, Deſac, Beſac, Getel,
B Anaël, Anazim, Noac, Cehecboac, Obal, Iabat, Enaht, Beath, Zelut, Effor,
Ecent, Dephap, Abidan, Eſar, Moab, Duzal, Azat, Phelac, Igat, Zephal, Elie
ſor, Ecar, Zebat, Sebet, Neſach, Cere. Et cum incluſiſſet eos quinquagenari-
us ſecundum præceptum Cenez, dixit Cenez: Quando fecerit ſalutem domi-
nus populo ſuo in manibus meis, tunc puniam uiros iſtos. Et his dictis iuſſit
Cenez quinquagenario, dicens: Vade, & elige de pueris meis trecentos uiros,
& equos tanto numero, & nullus ſciat de populo horam in qua exiturus ſum
ad pugnam, tantum in qua hora tibi dixero, præpara uiros, ut ſint parati in
nocte. Et miſit Cenez nuntios ſpeculatores, ut uiderent ubi eſſet multitudo
caſtrorum Amorreorum. Et uenerunt nuntij, & ſpeculantes uiderunt quia
multitudo de caſtris Amorreorum in rupibus conuerſabantur, cogitantes &
hæc, ut uenientes pugnarent aduerſus Iſraël. Et reuerſi ſunt nuntij, & renun-
tiauerunt ei iuxta uerbum hoc. Et ſurrexit Cenez ipſe, & trecenti equites cum
eo, noctu, & accipiens pſalpingas in manu ſua, cœpit deſcēdere cum trecentis
uiris. Et factum eſt, cum appropiaſſet caſtris Amorreorum, dixit pueris ſuis:
Hic ſtate, ego autem ſolus deſcendam, ut uideam caſtra Amorreorum. Et erit
ut pſalpingauero deſcendatis: ſin autem non, ibi expectabitis me. Et deſcendit
Cenez ſolus, & orauit antequàm deſcenderet, & dixit: Domine deus patrū no-
ſtrorū, tu oſtendiſti ſeruo tuo mirabilia, quæ præparaſti facere in teſtamēto tuo
in nouiſſimis diebus, & nunc unū de mirabilibus tuis mitte ſeruo tuo, & expu-
gnabo inimicos tuos, ut ſciāt ipſi, & omnes gentes, & populus tuus, quoniā nō
in multitudine militiæ, neq; in uirtute equitū liberat dominus, ſi cognouerint
ſignum ſalutis, quod facies mecū hodie. Ecce ego euaginabo romphæam meā
de theca ſua, & refulgebit in caſtris Amorreorū, & erit ſi cognouerint Amorrei

C quia ego ſum Cenez, ſcio quoniam tradidiſti eos in manus meas. Si autem non me cognouerint, & putauerint alium eſſe, ſcio quoniam non exaudiſti me, ſed tradidiſti me inimicis meis. Nam & ſi traditus tradormorti, ſcio quod propter delicta mea non exaudiuit me dominus, & tradidit me inimicis meis. Non autem perdet hæreditatem ſuam in morte mea. Et profectus eſt poſtea quàm orauit, & audiuit multitudinem Amorreorum dicentium: Surgentes expugnemus Iſraël: Scimus enim quoniam ſanctæ noſtræ Nymphæ ibi ſunt cum eis, & tradent eos in manus noſtras. Et ſurrexit Cenez, induit eum ſpiritus domini, & euaginauit romphæam ſuam. Et ut refulſit Amorreis ſplendor eius, ſicut coruſcus acutus, uidentes dixerunt: Nonne hæc eſt romphæa Cenez, quæ multiplicauit uulneratos noſtros? Et directum eſt uerbum quod locuti ſumus, dicentes: Quoniam tradiderunt eos ſanctæ Nymphæ in manus noſtras. Et ecce nunc in hodiernum diem epulatio Amorreis, cum traditus fuerit nobis inimicus noſter. Nunc ergo ſurgite, & unuſquiſque præcingat ſe romphæa ſua, & incipite pugnare. Et factum eſt ut audiuit Cenez uerba eorum, indutus ſpiritu uirtutis, & tranſmutatus in uirum alium, deſcendit in caſtra Amorreorum, & cœpit percutere eos. Dominus autem miſit ante faciem eius angelum in Gethel, ſuperpoſitum occultis, & operantem inuiſibiliter, angelum uirtutis cooperantem eum. Et percuſſit in Gethel cæcitate Amorreos, ita ut uidens unuſquiſque proximum ſuum, æſtimarent aduerſarios ſuos eſſe, & interficerent ſe alterutrum. Et Zeruel, qui præerat uirtuti, ſuſtinebat brachia Cenez, ne conſiderarent eum. Et percuſſit Cenez de Amorreis quadragintaquinque milia uirorum. Ipſi autem percutientes ſe alterutrum, ceciderunt quadragintaquinque milia uirorum. Et dum interfeciſſet Cenez multi-

D tudinem magnam, uoluit diſſoluere manum ſuam de romphæa, quoniam indiſſolubiliter aſtrictum fuerat manubrium romphææ, & aſſumpſerat dextera eius uirtutem gladij. Et tunc qui derelicti fuerant de Amorreis, fugierunt in montana. Cenez autem quærens quemadmodum reſolueret manum ſuam, & reſpiciens oculis ſuis uidit uirum Amorreorum fugientem, & comprehendit eum, & dixit ad illum: Scio quia Amorrei periti ſunt, & nunc demonſtra mihi, quomodo diſſoluam manum meam de gladio iſto, & dimittam te. Et dixit Amorreus: Vade, & accipe uirum de Hebræis, & interfice eum, & calente adhuc ſanguine eius ſuppone manum tuam, excipiens ſanguinem eius, exſoluetur manus tua. Et dixit Cenez: Viuit dominus, quia ſi dixiſſes, accipe uirum de Amorreis, accepiſſem unum ex his, & te ſaluaſſem: ſed quoniam dixiſti, de Hebræis, ut odium tuum oſtenderes, os tuum erit ſuper te, & ſecundum quod locutus es, ego faciam tibi. Et his dictis, interfecit eum Cenez, & dum caleret adhuc ſanguis eius, ſupponens excepit eum in manum ſuam, & abſoluta eſt. Et abijt Cenez, & exuit ueſtimenta ſua, & mittens ſe in flumen, & lauit ſe, & iterum aſcendens mutauit ueſtimenta ſua, & reuerſus eſt ad pueros ſuos. Dominus autem immiſit in eos ſomnum grauem in nocte, & dormierunt, & non cognouerunt ex omnibus quæ egerat Cenez. Et uenit Cenez excitauit eos de ſomno, & intuentes illum oculis ſuis uiderunt, & ecce campus plenus erat corporibus, & ſtupentes mente intuebantur ſinguli quique proximum ſuum. Et dixit ad eos Cenez: Quid miramini? Nunquid ſicut uia hominum uiæ domini ſunt? Nam in hominibus multitudo ualet, in deo autem quod conſtituerit. Et ideo ſi deus uoluerit ſalutem facere populo huic per manus meas, quid miramini? Exurgentes ſurgite, & ſinguli quique

accingimini

A accingimini romphæis ueſtris, & ibimus in domum ad fratres noſtros. Et ut audiuit omnis Iſraël ſalutem factam per manus Cenez, exierunt uniuerſi populi unanimes obuiam ei, & dixerunt: Benedictus eſt dominus, qui te conſtituit ducem in populo ſuo, & oſtendit quia fidelia erant quæ ibi locutus fuerat, & quæ nos audiebamus per uerbum, nunc uiſu uidemus, apparente opere ſermonis dei. Et dixit ad eos Cenez: Interrogate fratres ueſtros, & referant uobis quantũ laborauerunt mecum in pugna. Et dixerunt uiri illi, qui fuerunt cum eo: Viuit dominus, quoniam nos non pugnauimus, ſed nec ſciebamus, niſi tantum cum expergefacti ſumus, uidimus campum plenum corporibus. Et reſpondit populus: Nunc ſcimus quoniam conſtituerit dominus facere ſalutem populo ſuo, NON INDIGET MVLTITVDINE, SED SANCTIFICATIONE. Et dixit Cenez quinquagenario, qui incluſerat uiros illos in carcerem: Produc huc uiros iſtos, & audiemus uerba eorum. Et cum produxiſſet eos, dixit ad illos Cenez: Dicite mihi, quid uidentes de me murmurabatis in populo? Qui dixerunt: Quod nos interrogas, quid nos interrogas? Nunc ergo præcipe igni nos comburi, quia non pro hoc peccato quod nunc locuti ſumus moriemur, ſed in illo priori de quo comprehenſi ſumus. Confeſſi ſunt uiri, qui arſerunt in peccatis ſuis, quia nos tunc conſenſimus peccatis eorum, dicentes: Fortaſſe populus non cognoſcet nos, & tũc fugimus populum, ſed recte tranſducti ſumus in peccatis noſtris, ut incideri mus in detractionem tuam. Et dixit Cenez: Si ergo ipſi aduerſus uos teſtificamini, in quo uobis miſerebor? Iuſſit Cenez comburi eos igni, & miſit cineres eorum ubi uſſerat multitudinem peccantium in torrentem Phiſon. Et principatus eſt Cenez populo quinquaginta & ſeptem annos, & timor erat ſuper omnes inimicos eius, omnibus diebus ſuis. *Principatus Cenez durauit annis quinquaginta ſeptẽ*

B Et dum appropinquaſſent dies Cenez ut moreretur, miſit & uocauit omnes, & Iabis & Phinees duos prophetas, & filium Eleazari ſacerdotis, & dixit ad eos: Ecce nunc oſtendit mihi dominus omnia mirabilia ſua, quæ præparauit facere populo ſuo in nouiſſimis diebus. Et nunc ego diſponam teſtamentum meum uobiſcum hodie, ut non derelinquatis dominum deum ueſtrum poſt diſceſſum meum. Vos enim uidiſtis omnia mirabilia in eos qui peccauerunt, & quanta retulerint ipſi confitentes ſponte peccata ſua, aut quomodo conſumauerit eos dominus deus noſter, pro quo tranſgreſſi fuerant teſtamentum eius. Propter quod nunc parcentes domeſticis & filijs ueſtris, permanete in itineribus domini dei ueſtri, ne perdat dominus hæreditatem ſuam. Et dixit Phinees filius Eleazari ſacerdotis: Si præcipit Cenez dux, & prophetæ, & populus, & ſeniores, dicam uerbum quod audiui de patre meo cum moreretur, & non tacebo de mandato quod mandauit mihi, dum acciperetur anima eius. Et dixerunt Cenez dux, & prophetæ: dicito Phinees: Nunquid aliquis loquitur prior ſacerdote, qui cuſtodit mandata domini dei noſtri, præſertim cum exeat de ore eius ueritas, & de corde eius lumen refulgens? Et tunc dixit Phinees: Pater meus dum moreretur mandauit mihi, dicens: Hæc dices filijs Iſraël, congregatis uobis in congregationem, dominus apparuit mihi ante triduum in ſomnis noctu, & dixit ad me: Ecce tu uidiſti, ſed pater tuus ante te, quantum laborauerim populo meo: Erit autem poſt obitum ueſtrum, exurget populus hic, & corrumpet uias ſuas, recedens à mandatis meis, & indignatus iraſcar eis, ſed memor ero temporis eius quod fuit ante ſecula, in tempore q̃ non erat homo, & iniquitas non erat in eo, cũ dixi ut fieret ſeculũ, & laudarent me qui uenturi erant in eo, & plantabo uineã grandẽ, &

de ea

C de ea eligam plantationem, & diſponam eam, & nominabo eam nominē meo,
& erit mea ſemper, cum ego fecerim omnia quæ dixi. Tamen plantatio mea
quæ à me nominata eſt, nō agnoſcet me plantatorem ſuum, ſed corrumpet fru-
ctum ſuum, & non reportabit mihi fructū eius. Hæc ſunt quæ mandauit mihi
pater meus, ut dicerem populo huic. Et leuauit Cenez uocem ſuā, & ſeniores,
& omnis populus unanimiter, plorantes planctum magnum uſque ad ueſperā,
& dixerūt: Nunquid inuano perdet paſtor gregem ſuum, niſi perpeccauerit ei?
Et non ipſe eſt, qui parcat iuxta abundantiam miſericordiæ ſuæ, quoniam ipſe
plus laborauit in nobis. Et dum ſederent, inſiluit ſpirituſſanctus, habitās in Ce-
nez, & extulit ſenſum eius, & cœpit prophetare, dicens: Ecce nunc uideo quæ
non ſperabam, & conſidero quæ non cognoſcebam. Audite nunc, qui habita-
tis ſuper terram: Sicut commorantes in ea prophetauerunt, ante me uidentes
horam hanc, priuſquàm corrumperetur terra, ut cognoſcatis prædeſtinatas pro-
phetationes omnes uos qui habitatis in ea. Ecce nunc uideo flammas non ar-
dentes, & audio uenas expergefactas de ſomno, quibus non eſt fundamentū,
neque faſtigia montium, nec ſuſpenſorium fundamenti conſidero, ſed omnia in
apparentia, & inuiſibilia quibus locus non eſt in totum: & cum oculus meus
non ſciat quid uideat, cor meum adinueniet quæ dicat. De flamma autem quā
uideo, non ardentem uidi, & ecce ſcintilla aſcendit, & quaſi ſubſtrauit ſibi ſub-
*diuum*, & *erat ſimilitudo* ſubſtrati *eius* tanquam *aranea* ortiens in modum ſcu-
ti. Et dum factum eſſet fundamentum, uidi: de uena illa excitabatur quaſi ſpu-
ma ebulliens, & ecce dum mutauit ſe tanquam in aliud fundamētum, inter me-
dium autem fundamētum ſuperioris & inferioris de lumine inuiſibilis loci, ad-
D uenerunt quaſi imagines hominū, & perambulabant, & ecce uox dicens: Hæc
profundamento erunt hominibus, & habitantibus in eis annis VII. Et fun-
damentum inferius ſubſtratum erat, ſuperius autem deſpumauerat, & qui pro-
ceſſerunt de luce inuiſibilis loci, hij erunt qui habitabunt * & no-
men hominis illius * Et erit cum peccauerit mihi, & completū fue-
rit tempus, extinguetur ſcintilla, & pauſabit uena, & ſic mutabuntur. Et factū
eſt cum locutus fuiſſet Cenez uerba hæc, expergefactus eſt, & reuerſus eſt ſen-
ſus eius in eum. Ipſe autē neſciebat quæ locutus fuerat, neque quæ uiderat. Hoc
autē ſolum dixit populo: Si ſic eſt requies iuſtorum, poſtea quàm defuncti fue-
rint, oportet eos mori corruptibili ſeculo, ut non uideant peccata. Et cum hæc
dixiſſet Cenez, defunctus eſt, & dormiuit cum patribus ſuis. Et planxit eum
*Zebul ſufficitur Cenez.* populus triginta diebus. Et poſtea conſtituit ſuper ſe populus ducem Zebul,
qui in illo tempore congregauit populos, & dixit ad eos: Ecce nunc ſcimus o-
mnem laborem quem laborauit nobiſcum Cenez in diebus uitæ ſuæ, & nunc
ſi filios habuiſſet, ipſi debuerant principari populo, & quia filiæ ſuperſunt, acci-
piant partem ampliorem in populo, quoniam pater earum in uita ſua contem-
pſit dare eis, ne audiret auarus & cupidus. Et dixit populus: Facito omnia quæ
ſunt placita ante oculos tuos. Cenez autem erant tres filiæ, quarum nomina
hæc ſunt, Primogenita, Ethema, ſecunda, Pheila, tertia, Zelpha. Et dedit Ze-
bul primogenitæ omnia quæ in gyro erant terræ Phœnicum, & ſecundæ dedit
oliuetum Accaron, tertiæ autem dedit quæ circa Accaron erant cultiua. Et ui-
ros eis dedit, id eſt, primogenitæ Eliſephan, ſecundæ, Odihel, tertiæ autem, Do-
el. In diebus uero illis conſtituens Zebul theſaurum domino, & dixit populo:
Ecce ſiquis uoluerit ſanctificare domino aurum, & argentum, afferat in theſau-
rum domini in Silon, præterea ne aliquis habens de idolis rem, uelit ſanctifica-

re theſauris

A re theſauris domini, quoniã non uult dominus abominamenta anathematũ,
ne conturbetis Synagogã domini: ſufficit eñ tranſacta iracundia. Et tulerunt
omnes populi quod ſuggeſſit cor eorũ, à uiris uſq; ad fœminas, aurũ & argen-
tum. Et omne quod allatũ eſt, ponderatũ, auri talenta XX. & argenti talenta
CCL. Et iudicauit Zebul populũ annis XX. & V. Et ut cõpleuit tempus ſuũ,
miſit & cõuocauit oẽs populos, & dixit: Ecce nũc ego proficiſcor mori, uidete
teſtimonia quæ teſtati ſunt præceſſores noſtri, & nõ ſit cor ueſtrũ ſimile flucti-
bus maris. Sed ſicut fluctus maris nõ intelligit, niſi ea tantũ quæ ſunt in mari,
ſic et cor ueſtrũ nihil aliud cogitet, niſi ea tantũ quæ ſunt legis. Et obdormiuit
Zebul cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. Tunc filij Iſraël
non habuerũt quẽ conſtituerẽt ſibi iudicẽ, & declinauit cor eorũ, & obliti ſunt
ſponſionẽ, & tranſgreſſi ſunt uias quas mãdauerat eis Moyſes, & Ieſus miniſtri
dñi, et ſeducti ſunt poſt filias Amorreorũ, & ſeruierũt dijs eorũ. Et iratus eſt eis
dñs, & miſit angelũ ſuũ, & dixit: Ecce unũ populũ elegerã ex omni tribu terræ,
& dixi ut pmaneret gloria mea in hoc ſeculo cũ eo, & miſi eis Moyſen famulũ
meũ, qui mandaret ſuperexcellentiam meã & iuſtitias, & tranſgreſſus eſt uias
meas. Et nunc ecce ego ſuſcitabo inimicos eius, & dominabunt ei, & tunc di-
cent omnes populi, propter quod tranſgreſſimus uias dei, & patrum noſtrorũ,
propter hoc uenerunt nobis hæc, & principabatur eis mulier, quæ illuminauit
eos XL. annis. Et poſt hæc ſuſcitauit eis dominus Iabel regem Aſor, & cœpit
expugnare eos, & habebat Siſaram principẽ uirtutis ſuæ, cui erant VIII. cur-
rus ferrei, & uenit in montẽ Effrem, & expugnabat plebẽ, & timuit eũ Iſraël
uehementer, & non potuit ſtare plebs per omnes dies Siſaræ. Et cum humilia-
B tus fuiſſet Iſraël ualde, collecti ſunt in montẽ Iuda omnes filij Iſraël unanimes,
& dixerunt: Dicebamus beatos nos eſſe præ cæteris gentibus, & nunc ecce ita
humiliati ſumus præ omnibus plebibus, ut non poſſimus habitare in terra no
ſtra, & inimici noſtri dominantur nobis, & nunc quis nobis fecit hæc omnia?
Nónne iniquitates noſtræ, quoniã dereliquimus dominum patrũ noſtrorum,
& in his ambulauimus, quæ non proderant nobis? Et nunc uenite ieiunemus
ſeptem dies à uiro uſq; ad mulierẽ, & † à minimo uſq; ad lactantẽ. Et quis ſcit ſi
*replacabitur deus hæreditati ſuæ, ut non diſperdat plantationem uineæ ſuæ?* Et
cum ieiunaſſent plebes VII. diebus in cilicio ſedẽtes, miſit eis dominus ſepti-
ma die † Debboram, quæ dixit ad eos: Si poteſt occidenda ouis reſpondere in
conſpectu occidentis eam, cum & qui occidet, & qui occiditur taceat, cum ali-
quoties contriſtetur in eam? Et nunc uos nati eſtis in gregem, in conſpectu do
mini noſtri, & perduxit uos in altitudinẽ nubium, & angelos ſubiecit ſub pe-
dibus ueſtris, & diſpoſuit uobis legem, & mandauit uobis per Prophetas, & ca
ſtigauit uos per duces, & oſtendit uobis mirabilia non pauca, & propter uos
præcepit luminaribus, & ſteterunt in locis iuſſis, & cum uenirent ſuper uos ini
mici ueſtri, lapides grandinis pluit ſuper eos, & perdidit eos, & præcepit uobis
Moyſes, & Ieſus, & Cenez, & Iebul, & non obaudiſtis eis: Nam uiuẽtibus illis
oſtendiſtis uos ſicut ſeruiẽtes deo ueſtro, mortuis autem his, mortuũ eſt etiam
& cor ueſtrum. Et facti eſtis ſimiles ferro miſſo in ignem, quod conflatum per
flammam, fiet tanquã aqua, & cum exierit de igne, reuertitur in duritiã ſuam,
ſic & uos, dum uos urunt hi qui uos monent, demonſtratis factum, & poſtquã
defuncti fuerint, obliuiſcimini omniũ. Et ecce nunc dominus reconciliabitur
uobis in hodierna die, non pro uobis, ſed pro teſtamento ſuo, qđ diſpoſuit pa-
tribus ueſtris, & iuramento quod iurauit ut non deſereret uos, uſq; in finẽ. Sci-

*Zebul XXV annis cũ præfuiſſet populo Iſraëlitico, mortuus eſt.*

*Iabel qui aliâs Iabis in Iudicum libris appellatur.*

*† forte legendum eſt, à maximo uſq; ad lactentem.*

*† aliâs Delboram.*

C tote aũt, quoniã poſt diſceſſũ meũ incipietis peccare in nouiſſimis ueſtris. Pro/
pter qđ faciet in uos mirabilia dñs, et tradet in manus ueſtras inimicos ueſtros,
quoniã patres ueſtri mortui ſunt: Nam qui eis diſpoſuit teſtamentũ deus uita
eſt, & miſit Debborã, & uocauit Barach, et dixit ad eũ: ſurge & præcinge lũbos
tuos tanquã uir, & deſcende, & expugna Syſarã, quoniã uideo aſtra conturba-
ri in diſpoſitione ſua, & parari in pugnam uobiſcum. Video etiã & coruſcatio/
nes immobiles in curſu ſuo, proficiſcentes ad impediẽda curruũ eorũ, qui glori
antur in uirtute Syſaræ, qui dicit: Iens deſcendam in brachio uirtutis meæ expu
gnare Iſraẽl, & ſpolia eorum diuidã pueris meis, & ſpecioſas mulieres accipiã
mihi in cõcubinas. Et propter hoc locutus eſt de eo dñs, ut brachiũ infirmæ mu
lieris expugnet eum, & ſpolia eius rapiant puellæ, & in manus mulieris incidat
etiam et ipſe. Et ut deſcendit Debbora & populus, & Barai in obuiã inimicorũ,
ſtatim dñs conturbauit motũ ſtellarum ſuarũ, & dixit ad eos dicens: Feſtinate,
& ite, incidunt em̃ inimici ueſtri in uos, & conturbate brachia eorũ, & contere
mini uirtutẽ cordis eorum, quoniã ueni ut dominetur populus meus. Nam etſi
populus meus peccauit, ego tamẽ miſereor ei. Et his dictis, profecta ſunt aſtra ſi
cut præceptũ fuerat eis, & incenderũt inimicos eorũ. Et erat numerus cõgrega/
torũ in una hora perempti, nonagies nonaginta ſeptẽ milia uirorũ. Syſarã autẽ
non diſſipauerunt, quoniã ſic præceptũ fuerat eis. Et cũ Syſara ſedens equo fu/
giſſet, ut liberaret animã ſuã, Iahel uxor Chinei ornauit ſe ornamẽto ſuo, & exi
uit obuiã ei. Mulier aũt erat bonæ ſpeciei ualde, & uidens eũ dixit ad illũ: Ingre
dere, & ſume cibũ, & dormiens ad ueſperũ, mittã tecum pueros meos: Scio em̃,
quoniam memor mei eris, & uicem reddes mihi. Et ingreſſus Syſara, ut uidit
D roſas ſparſas in lecto, dixit: Si liberabor, ibo ad matrẽ meã Iahel, & erit mihi mu
lier. Et poſt hæc ſitiuit Syſara, & dixit ad Iahel. Porrige mihi modicũ aquæ, quo/
niam diſſolutus ſum, & uritur anima mea de flãma, quam uidi in aſtris. Et dixit
ad eum Iahel: Modicũ requieſce, & ſic bibes. Et cum obdormiſſet Syſara, Iahel
perrexit ad pecora, & mulſit ex eis lac. Et cũ mulgeret, dicebat: Ecce nunc me/
mor eſto domine, quoniã quando diuidebas omnẽ tribum uel *generationem*
terræ, nónne elegiſti ſolum Iſraẽl, & non aſſimilaſti eũ animalibus, niſi uelut
arietem præcedentẽ, & ducatorẽ gregis: Et ideo reſpice & uide, quia Syſara co/
gitauit dicens: Vadã & puniã gregẽ fortiſſimi. Et ecce ego accipiã de lacte pe/
corũ iſtorum quibus aſſimilaſti populũ tuũ, & iens potabo eum. Et cũ biberit,
diſſoluetur, & poſt hæc occidã eũ. Hoc aũt ſignum erit quod facies mihi dñe, ut
dormiente Syſara, cũ ingreſſa fuero, ſi expergefactus petierit me continuo di/
cens: pota me aqua, ſcio quoniam exaudita eſt oratio mea. Et reuertens ut in/
greſſa eſt Iahel, expergefactus Syſara, dixit ad eã: Pota me, quoniã uror ualde,
& exardeſcit anima mea. Et accipiens Iahel uinũ, miſcuit lacte, & dedit ei bibe
re. Et ille bibens obdormiuit. Iahel aũt accipiens palum in ſiniſtra manu ſua,
appropiauit ei dicens: Hoc ſignũ ſi faciet mecũ dñs, ſcio quoniã incidet in ma
nus meas Syſara: Ecce iacto eũ in terra de lecto in quo dormit, & erit ut ſi non
ſenſerit, ſcio quoniã traditus eſt. Et accipiens Iahel Syſaram, impulit eũ in terrã
de lecto. Ille aũt non ſentiebat, quoniã ualde fuerat diſſolutus. Et dixit Iahel:
Virtutifica in me dñe hodie brachiũ meũ, propter te, & propter populũ tuum,
& propter eos qui ſperant in te. Et accepit Iahel palũ, & poſuit eũ ſuper tem/
pus eius, & percuſſit de malleo: & cũ morereẽ, dixit Syſara ad Iahel: Ecce dolor
accepit me Iahel, & morior tanquã mulier. Et dixit ad eũ Iahel: Vade gloriare
aput patrẽ tuũ in inferis, & dicito, quoniã incideris in manus mulieris. Et faciẽs

*Clauum tabernaculi habet liber Iudicum cap. 4*

*Iahel Syſarã occidit.*

occidit

A occidit eũ,& poſuit corpus eius donec reuerteretur Barach. Mater autẽ Syſaræ
dicebatur Themec, quæ miſit ad amicas ſuas, dicẽs: Venite,& exeamus ſimul
in obuiam filio meo, & uidebitis filias Hebræorum, quas adducet filius meus
ſibi in concubinas. Barach autem reuerſus à perſecutione Syſaræ, contriſtatus
ualde quod non inueniſſet eum, cui exiens in obuiam Iahel, dixit: Veni ingre-
dere, benedictus à deo,& tradam tibi inimicũ tuum, quem perſequens non in-
ueniſti. Et ingreſſus Barach inuenit Syſaram mortuũ,& dixit: Benedictus do-
minus qui miſit ſpiritum ſuũ, & dixit: in manũ mulieris tradetur Syſara. Et his
dictis, abſtulit caput Syſaræ,& tranſmiſit illud matri eius,& mandauit ei dicẽs:
Accipe filium tuũ quem ſperabas uenire cũ ſpolijs. Tunc Debbora & Barach
filius Abino, & omnis populus unanimiter hymnũ dixerunt domino in illa,
dicentes: Ecce de alto oſtendit nobis dñs gloriã ſuã, ſicut fecit ſuperioribus lo-
cis, emittens uocẽ ſuã, ut confunderet linguas hominũ,& elegit mentẽ noſtrã,
& eiecit de igne Abrahã patrẽ noſtrũ, & elegit eũ pro omnibus fratribus ſuis,
& cuſtodiuit eũ de igne,& liberauit eũ de lateribus turrificationis,& dedit ei fi-
lium in nouiſſimo ſenectutis eius,& eiecit eũ de metra ſterili, & zelati ſunt eũ
omnes angeli, & inuiſi ſunt ei cultores militiarũ. Et factum eſt cum zelarent
ei, dixit ad eum deus: Occide fructum uentris tui pro me, & offeres pro me ſa-
crificium quod donatũ à me tibi. Et Abraham nõ contradixit, & profectus eſt
ſtatim. Et cũ proficiſceretur, dixit ad filiũ ſuũ: Ecce nunc fili offero te holocau-
ſtomata, & in manus te trado qui donauit te mihi. Filius autẽ dixit ad patrem:
audi me pater: ſi agnus ex pecoribus acceptatur in oblationes domini in odo-
rem ſuauitatis, & pro iniquitatibus hominũ pecora conſtituta ſunt in occiſio-
B nem, homo aũt poſitus eſt in hæreditatẽ ſeculi, & quomodo nunc dicis mihi:
ueni, & hæreditare ſecurã uitã,& immenſurabile tẽpus? Quid ſi non eſſem na-
tus in ſeculo, ut offerrer ſacrificiũ ei qui me fecit? Erit aũt mea beatitudo ſuper
omnes homines, quia non erit aliud, & in me adnuntiabuntur generationes,
& per me intelligent populi, quoniã dignificauit dominus animã hominis in
ſacrificiũ? Et cũ obtuliſſet pater *filiũ in arã, & ligaſſet ei pedes ut eũ occideret,*
feſtinauit fortiſſimus, & miſit de alto uocem ſuam dicens: Non interficias fili-
um tuum, neq; diſperdas fructũ uentris tui: nunc enim manifeſtaui, ut appare-
rem ignorantibus me,& clauſi ora maledicentiũ ſemper aduerſus te. Erit autẽ
memoria tua in conſpectu meo in ſempiternum, & erit nomen tuũ, & huius,
in generationẽ & generationem. Et dedit Iſaac duos filios, etiam ipſos de me-
tra concluſa. Et tunc mater eorum erat in tertio anno nuptiarum ſuarũ,& non
erit ſic omni mulieri, nec gloriabitur ſic quæcunq; fœmina. In tertio autẽ anno
appropinquãs, nati ſunt ei duo filij, Iacob,& Eſau. Et dilexit deus Iacob, Eſau
autem odio habuit propter opera eius. Et factũ eſt in ſenectute patris eorum,
benedixit Iſaac Iacob,& miſit eũ in Meſopotamiã, & generauit ibi duodecim
filios,& deſcenderunt in Aegyptũ, et habitauerunt ibi. Et cum malignati fuiſ-
ſent aduerſus eos inimici eorum, exclamauit populus ad dñm, & exaudita eſt
oratio illorũ, & eduxit eos inde,& duxit in montem Syna, & protulit eis fun-
damentũ intellectus, quod præparauit ex natiuitate ſeculi,& tunc cõmoto fun-
damento militiæ, feſtinauerunt fulgura in curſus ſuos, & uenti ſonum reddide-
runt de promptuarijs ſuis,& terra mota eſt de firmamento ſuo, & tremuerunt
montes,& rupes in cõpaginibus ſuis, & nubes eleuauerunt fluctus ſuos con-
tra flammam ignis, ut nõ exurerent ſeculum. Tunc expergefactus eſt abyſſus
de uenis ſuis,& omnes fluctus maris cõuenerunt in unũ: Tunc paradiſus red-

C dita inſpiratione fructus ſui, & cedri libani motæ ſunt de radicibus ſuis, & be-
ſtiæ cãpi cõmotæ ſunt in habitationibus ſyluarũ, & oĩa opera eius cõuenerunt
ſimul, ut uiderent teſtamentũ diſponentẽ dominũ ad filios Iſraël. Et oĩa quæ
dixit fortiſſimus, hæc cuſtodiuit, habens teſtẽ Moyſen dilectũ ſuũ. Et cũ more-
retur, diſpoſuit ei firmamentũ, & oſtendit ei tunc quos nunc habemus teſtes,
dicens: Sit teſtis inter me, & te, & populũ meũ, cœlũ, in quo ingreſſus es, terra,
in qua ambulaſti uſq; nunc: miniſtri eñ erũt uobis ſol & luna & aſtra. Et cum
exurgeret Ieſus regere populũ, factum eſt ut die in qua expugnabat inimicos
appropinquaret ueſpera, pugna adhuc ſuperante, dixit Ieſus ſoli & lunæ: Vos
miniſtri, qui facti eſtis inter fortiſſimũ & filios eius, ecce nũc pugna adhuc ſup-
*Ioſue. 10* eſt, & uos derelinquitis officia ueſtra, ſtate ergo hodie, et lucete filijs eius, et in-
tenebrificate inimicos ei⁹. Et fecerũt ita. Et nunc in diebus his inſurrexerat Sy-
ſara ſeruificare nos, & exclamauim⁹ ad dñm noſtrũ, & præcepit aſtris, & dixit:
diſcedite de diſpoſitionibus ueſtris, & incẽdite inimicos meos, ut ſciant uirtutẽ
meã. Et deſcenderũt aſtra, & expugnauerũt caſtra eorũ, & ſine labore cuſtodie
runt nos. Propterea nõ ceſſam⁹ hymnizare, nec tacebit os noſtrũ in narrando
mirabilia eius, quoniã memoratus eſt et iuuenũ & antiquiorũ ſponſionũ, & li-
beratione ſuã oſtendit nobis. Et ideo in mulierib⁹ gloriatͬ Iahel, quoniã ſola di
rexit bonã uiã per manus ſuas, occidens Syſarã. Vade terra, ite cœli, et fulgura,
ite angeli militiæ, ite & nuntiate patribus in promptuarijs animarũ eorũ, & di
cite: Nõ eſt oblitus fortiſſimus ſponſionũ minima, quas diſpoſuit nobis dicẽs:
multa faciã miracula cũ filijs ueſtris. Et nunc ex hodierna die ſcietͬ, quia quæ di
xit deus hominibus, ut faceret, hæc & faciet. Etiamſi moratͬ homo hymnizare
D deo, hymniza uel tu Debbora, & euigelet ſanctiſpiritus gratia in te, & incipe
laudare opa dñi, quoniã nõ reſurget talis dies p quẽ aſtra annuntient, & expu-
gnẽt inimicos Iſraël, ſicut præceptũ eſt eis. Ex hac hora ſi incidat Iſraël in preſ-
ſura, inuocet teſtes iſtos, unà cum miniſtris, & legatione fungetͬ ad altiſſimũ, &
memor erit iſtius diei, & mittet liberationẽ teſtamenti ſui. Et tu Debbora inci-
pe loqui quæ uidiſti in cãpo, quoniã populi ſecuri ambulãtes ꝓfecti ſunt, aſtra
pugnabant pro eis. Gratulare terra ſuper habitantes in te, quoniã adeſt conſci
entia dñi quæ turrificat in te: Non eñ iniuſte accepit deus de te coſtam Proto-
plaſti, ſciẽs quoniã de coſta eius naſceretͬ Iſraël. Erit eñ in teſtimoniũ plaſma-
tio tua, quid fecerit dñs populo ſuo. Suſtinete horæ diei, & nolite feſtinare, ut
exponamus quæ poteſt ſenſus noſter ꝓferre, quia nox futura eſt nobis. Erit
ſimilis nocti, cũ deus ꝑcuſſit primogenita Aegyptiorũ, ꝓpter primogenitum
ſuũ. Et tunc pauſabo de hymno meo, quia tẽpus ꝑparabitur iuſtificationibus
ſuis. Hymnizabo eñ ei in innouatione creaturæ, et populus memor erit ſalua
tionis huius, & erit ei in teſtimoniũ. Et mare teſtis ſit cũ abyſſo ſuo: quoniã nõ
ſolũ ſiccauit eũ deus ante cõſpectum patrũ noſtrorũ, ſed & caſtra de diſpoſitio
nibus ſuis euertit, & expugnauit inimicos noſtros. Et ut pauſauit Debbora de
uerbis ſuis, aſcẽdit cũ populo unanimiter in Silon, & obtulerũt ſacrificia & ho
locauſtomata, et delatis pſalpingis pſallauerũt. Et cũ pſallerẽt, oblatiſq; ſacrifi
cijs dixit Debbora: Erit hoc in teſtimoniũ pſalpingũ, inter aſtra & dñm eorũ.
*Debbora XL annis præfuit Iſraëlitico populo.* Et deſcẽdit Debbora inde, et iudicauit Iſraël XL. annis. Et factũ eſt dũ ad ꝓpin
quarẽt dies mortis ei⁹, miſit et cõgregauit oẽs populos, & dixit ad eos: Audite
nũc populi mei: Ecce ego moneo uos tanq; mulier dei, et illumino uos tanq;
ex fœmineo genere, & obaudite mihi quaſi matri ueſtræ, & intendite uerbis
meis, tanquam morituri & ipſi: Ecce ego proficiſcor mori, uiam totius carnis,
quò uenietis & uos, tantũ cor ueſtrũ dirigite ad dominũ deum ueſtrũ in tẽpore

uitæ

A uitæ ueſtræ, quoniã poſt mortẽ ueſtram, in his in quibus uiuitis pœniteri non
poteritis. Signata eſt em̃ iam tunc mors, & perfecta eſt, & menſura, & tẽpus,
& anni reddiderunt depoſitũ ſuum. Nam ſi requiratis in inferno inique agere
poſt mortẽ ueſtrã, non poteritis: quoniã pauſabit cupiditas peccãdi, & plaſma
tio iniqua perdet poteſtatẽ ſuã: quoniã & infernus accipiens ſibi depoſita, nõ
reſtituet, niſi repoſcet̃ ab eo q depoſuit ei. Nunc ergo filij mei uos obaudite uo
ci meæ, donec habetis tẽpus uitæ, & legis lumẽ, dirigite uias ueſtras. Et dum lo
queret̃ Debbora uerba hæc, leuauerunt oẽs populi uocẽ unanimiter, & plorã-
tes dixerũt: Ecce nunc mater moreris, & relinquens filios tuos, cui cõmendas
eos? Ora itaq̃ ꝓ nobis: & poſt receſſum tuũ erit anima tua memor noſtri in ſem
piternũ. Et reſpõdit Debbora, & dixit ad populũ: Adhuc uiuẽs homo poteſt o-
rare ꝓ ſe & pro filijs ſuis, poſt finẽ aũt nõ poterit exorare, nec memor eſſe alicu
ius. Propterea nolite ſperare in patres ueſtros: nõ em̃ ꝓderũt, niſi ſimiles inue
niamini in eis. Erit aũt ueſtra ſimilitudo tunc tanq̃ ſydera cœli, quæ nũc in uo
bis manifeſta ſunt. Et mortua eſt Debbora, & dormit cũ patribus ſuis, & ſepul
ta eſt in ciuitate patrũ ſuorũ, & planxerũt eam populi LXX. dieb⁹. Et dum plã-
gerent eã, hæc uerba dixerũt: Ecce perijt mater ex Iſraël, & ſancta quærebat du
catũ in domo Iacob, quæ obdurauit ſeptem generationis ſuæ, & generatio eius
reqret eã. Et poſt mortẽ eius quieuit terra annis VII. Et in illo tp̃e aſcẽdit qui-
dam Aod de ſacris Madian, & hic erat maleficus, & dixit ad Iſraël, dicẽs: Vt qd
intẽditis legi ueſtræ? uenite, ego oſtendã uobis qualis nõ eſt lex ueſtra. Et dixit
populus: Quid oſtẽſurus es nobis, qđ nõ habeat lex noſtra? Et ille dixit ad po
pulũ: Nunqd aliquãdo uidiſtis ſolẽ noctu? Et dixerũt, non. Et ille dixit: Quan
B do uolueritis oſtendã uobis, ut ſciatis quoniã dij noſtri uirtutẽ habent, & non
fallẽt eos qui ſeruiũt eis. Et illi dixerũt: oſtẽde. Et abijt, & fecit magicis ſuis, præ
cipiẽs angelis qui p ræerãt maleficijs: quoniã immolabat eis multo tp̃e: in hoc
em̃ qđ monſtrabat̃ ab angelis anteq̃ iudicarẽtur, & uellent ꝑdere ĩmenſurabi
le ſeculũ, & quia trãſgreſſi ſunt, factũ eſt ut angeli in poteſtate nõ eſſent. Quan
do em̃ iudicati ſunt, tunc cæteris nõ eſt data poteſtas, & in his operant̃ qui mi-
niſtrãt hoĩbus in maleficijs, uſquequo ueniat ĩmenſurabile ſeculũ. Et tunc arte
maleficij oſtẽdit populo ſolẽ nocte. Et ſtupefacti populi dixerũt: Ecce quantũ
*poſſunt dij Madianitũ, & nos nõ ſciebamus. Et uolẽs deus tentare Iſraël,* ſi ad
huc eſſet, iniqtatibus permiſit, et directũ eſt opus eorũ, & populus Iſraël impla
natus eſt, & cœpit ſeruire dijs Madianitũ. Et dixit deus: Tradã eos in man⁹ Ma
dianitũ, eò ꝙ implanati ſunt ab his. Et tradidit eos in manus eorũ, & cœperunt
Madianites in ſeruitutẽ redigere Iſraël. Gedeon aũt erat filius Ioath, uir fortiſ-
ſimus inter oẽs fratres ſuos. Et dum eſſet tẽpus æſtiuũ, uenit habẽs manipulos
ut excuteret eos in montẽ, & fugaret imminẽtes Madianitas, obuiauit ei ange
lus dñi, & dixit ad eũ: Vnde uenis, & ubi ingreſſus tuus? Dixit ei: Quid me in-
terrogas unde ueniã, qa preſſura circuiuit me: incidit em̃ Iſraël in anguſtias, tra
dẽtes traditi ſunt in man⁹ Madianitũ: Et ubi ſunt mirabilia quæ narrauerũt no
bis patres noſtri, dicentes: Dñs elegit Iſraël ſingularẽ præ oĩbus populis terræ?
Et ecce modo tradidit nos, & oblitus eſt ſpõſionũ, quas dixit patribus noſtris.
Malebamus em̃ ſemel tradi morti, q̃ ſic per tẽpus puniri populũ eius. Et dixit
ad eũ angelus dñi: Non traditi eſtis in uanũ, ſed adinuẽtiones ueſtræ fecerũt uo
bis hæc: qa ſecundũ ꝙ reliquiſtis ſpõſiones, quas accepiſtis à dño, uenerũt uo-
bis mala hæc, & non fuiſtis memores mandatorũ dei, quæ mandauerũt uobis
hi qui fuerunt ante uos, ideo ueniſtis in odiũ dei ueſtri, ſed ipſe miſerebitur, ſi-

*Mors recte aut ſecus facta obſignat.*

AD VERTE.

*SANCTOrum mortuorum nulla eſt pro nobis interceſſio.*

*Aod maleficus*

C ut nemo miſereť genus Iſraël, etiã nõ propter uos, ſed propter eos quí dormie
runt. Et nũc ueni, mittã te, & liberabis Iſraël de manu Madianitũ: quoniã hæc di
cit dñs: Et ſi Iſraël nõ eſt iuſtus, tamẽ qa Madianitæ peccatores ſunt, ꝓpter hoc
cognoſcẽs iniquitatẽ populi mei remittã illis, & arguã eos poſtea, eò ꝙ inique
geſſerint, in Madianitas aũt in præſenti faciam uindictã. Et dixit Gedeon: Qui
ſum ego, & quæ eſt domus patris mei, ut uadã cõtra Madianitas ad pugnã? Et
dixit ad eũ angelus: Forſitan tu putas queadmodũ uia hoĩm, ſic uia ſit dei. Ho
mines em̃ intendũt in gloriã ſeculi, & diuitias: deus autẽ in directũ bonũ, & in
manſuetudinẽ. Nunc ergo uade, & cinge lũbos tuos, & dñs erit tecum: Te em̃
elegit, ut uindictam facias de inimicis ſuis, ſicut ecce præcepit tibi. Et dixit Ge
deon ad eum: Non indignetur dñs meus, ut dicã uerbum: Ecce Moyſes prim⁹
omniũ prophetarũ petijt dñm ſignũ, & datum eſt ei: Ego aũt qui ſum, niſi forte
quia elegit me dominus, det mihi ſignũ, ut ſciam quoniã dirigor. Et dixit ad eũ
angelus dñi: Curre, & accipe mihi aquã de lacu illo, et funde ſuper petrã iſtam,
& dabo tibi ſignũ. Et abiens accepit *ſicut præcepit ei*. Et dixit ad eum angelus:
Anteꝙ fundas ſuper petram aquã, pete quid uelis fieri de ea, ſiue ſanguinẽ, ſi-
ue ignẽ, ſiue ut nuſꝙ compareat. Et dixit Gedeon: Fiat mediũ ſanguis, & me-
dium ignis. Et effudit Gedeon aquã ſuper petram, & factũ eſt cum effudiſſet,
ut fieret media pars flamma, media aũt pars ſanguis: & cõmixta ſunt utraꝙ, id
eſt, ignis & ſanguis, & non extinxit ignẽ ſanguis, nec ſanguinẽ ignis exuſſit:
Et hæc uidens Gedeon petijt alia ſigna, et data ſunt ei. Nónne hæc ſcripta ſunt
in libro Iudicũ? Et accepit Gedeon CCC. uiros, & abiens uenit uſꝙ ad extre-
ma caſtrorũ Madian, & audiuit unũquenꝙ loquentẽ ad ꝓximũ ſuũ, dicẽtes: Vi
D debitis inæſtimabilẽ turbationẽ romphææ Gedeonis uenientẽ ſuper nos, quia
tradidit in manus eius deus caſtra Madianitũ, & incipiet cõſummare nos, id eſt
matrẽ cum filijs, quoniã cõpleta ſunt peccata noſtra, ſicuti & dij noſtri oſtende
runt nobis, & nõ credimus eis. Et nunc ſurgentes adiuuemus animas noſtras,
& fugiamus. Et Gedeon mox ut audiuit uerba hæc, induit ſpiritũ dñi, & uirtu
tificatus dixit CCC. uiris: Exurgentes unuſquiſꝙ ueſtrũ cingat ſe romphæã ſu
am, quoniã traditi ſunt Madianites in manus noſtras. Et deſcenderũt cũ eo ui-
ri: & acceſſit, & cœpit pugnare, & tubantes ululauerũt pariter, & dixerũt: Rom
phæa dñi ſuper nos. Et occiderũt ex Madianitis quaſi CXXM. uirorũ: & fuge
runt reſidui Madianitũ. Et poſt hæc uenit Gedeon, & cõgregauit populũ Iſra-
el, & dixit ad eos: Ecce miſit me dñs pugnare pugnã ueſtrã, & abij ſecundũ qđ
præcepit mihi: Et nunc unã petitionẽ peto à uobis, ne auertatis faciẽ ueſtrã, &
det mihi unuſquiſꝙ ueſtrũ aurea dextralia, quæ habetis iu manibus ueſtris. Et
extendit Gedeon tunicã, et miſerũt ſinguli quiꝙ dextrales ſuos, & pẽſata ſunt
oĩa, & inuentũ eſt pondus eorũ talenta XII. Et accepit ea Gedeon, & fecit ex
his idola, & adorabat ea. Et dixit deus: Vna uia poſita eſt ut nõ redarguã Gede
onem in uita ſua, eò ꝙ diſſipauerat ſacrariũ Baal: qa dixerũt tunc oẽs: uindicet
ſe Baal. Erit nunc ſi caſtigauero eũ propter quod inique geſſit in me, diciť: nõ
deus caſtigauit eum, ſed Baal, quoniã ante peccauit in eum. Et ideo nunc mo-
*Videtur ali-* rietur Gedeon in bona ſenectute, ut quod loquanť. Sed poſtea cũ mortuus fu-
*quid deeſſe.* erit Gedeon, caſtigabo eum ſemel, eò quod deliquerit in me. Et mortuus eſt
Gedeon in ſenectute bona, & ſepultus eſt in ciuitate ſua. Et filium de concu
bina habens, occidit fratres ſuos omnes, uolens eſſe dux populi. Tunc con-
uenerunt omnia ligna campi ad ficum, & dixerunt: Veni, regna ſuper nos.
Et dixit ficus: Nunquid in regno nata ſum, aut in principatu lignorum? Aut

A ideo plantata ſum, ut regnem in uobis? Et ideo ſicut ego uobis regnare non poſſum, ſic non accipiet Abimelech perſeuerantiam principatus ſui. Et poſtea conuenerunt ligna ad uineam, & dixerunt: Veni, regna ſuper nos. Et dixit uitis: Ego plantata ſum ad præſtandam hominibus ſuauitatẽ, uenite & ſuſtinete ortus mei fructum. Sed quemadmodũ ego non poſſum regnare ſuper uos, ſic ſanguis Abimelech exquiritur de uobis. Et deinceps uenerunt ligna ad mâlũ, & dixerunt: Veni, regna ſuper nos. Et dixit: Præceptum eſt mihi, præſtare hominibus fructum odoris, ideo non poſſum regnare ſuper uos; & Abimelech lapidibus morietur. Et tunc uenerunt ligna ad rubum, & dixerũt: Veni, regna ſuper nos. Et dixit rubus: Naſcente ſpina, ueritas in ſpecie ſpinæ prælucebat: Et quãdo iudicatus eſt protoplaſtus, mortis ſpinas, & tribulos iudicata eſt proferre terra. Et cum Moyſen illuminabat ueritas, per ſenticetũ illuminabat eũ. Et nunc erit ut de me uobis ueritas audiatur: Et ſi in uero dixiſtis rubo, ut in ueritate regnaret ſuper uos, ſedete in umbra eius: Sin autem in hypocriſi, exeat ignis, & deuoret, & comedat ligna campi: quia mâlus facta eſt in caſtigatores, et ficus facta eſt in populũ, & uinea facta eſt in præceſſores. Et nunc erit uobis in hac hora, quẽadmodũ Abimelech, qui occidit fratres ſuos iniuſte, & uult principari in uobis. Si dignus eſt Abimelech eorum quorum uult principatũ, ſit ſicut rubus, quæ facta eſt redarguens imperitos populi. Et exiuit ignis de rubo, & comedit ligna quæ in campis ſunt. Poſt hæc principatus eſt Abimelech populo anno uno, & menſibus ſex, & mortuus eſt. Et dimittente muliere ſuper eum medium fragmentum molæ, ædificauit ſacrarium Baal, & ſeduxit populum, dicens: Omnis qui non ſacrificauerit Baal, morietur. Et cum ſa-

*Abimelech princeps unius anni, menſium ſex.*

B crificaret omnis populus, ſoli ſeptem uiri noluerunt ſacrificare: quorum nomina hæc ſunt, Dephal, Abieſdrel, Getalibal, Selumi, Aſſur, Ionadali, Memihel: Qui reſponderunt dicentes Iair: Ecce nos memores præceptorum ſumus, quæ præceperũt nobis præceſſores noſtri, & Debbora mater noſtra, dicens: Videte ne declinetis cor ueſtrũ ad dextrã, uel ad ſiniſtram, ſed legi domini intẽdite die ac nocte. Et nunc quare corrumpis populũ domini, & ſeducis eũ, dicens: Deus eſt Baal, adoremus eum? Et nunc ſi deus eſt, ſicut dicis, loquatur tanq̃ deus, & tunc ſacrificabimus illi. Et dixit Iair: Comburite eos igni, quoniã blaſphemauerunt Baal. Et acceperunt eos pueri eius, ut incenderent illos igni: Et cum imponerent eos ſuper ignẽ, exiuit Nathaniel angelus qui præeſt igni, et extinxit ignẽ, & incendit pueros Iair; uiris autẽ ſeptem fugã dedit, ita ut nemo eos uideret e populo, quoniã populum percuſſerat cæcitate. Et ut uenit uſq; ad locum Iair, incenſus eſt igne, & anteq̃ eum cõbureret, dixit ad eum angelus dñi: Audi uerbũ domini anteq̃ moriaris; & hæc dicit dominus: Leuaui te de terra Aegypti, & poſui te ducem ſuper populos meos, tu aũt exurgens corrupiſti teſtamentum meũ, & ſeduxiſti eos, & quæſiſti flamma concremare ſeruos meos, eò ꝙ caſtigarent te: qui incenſi ſunt igni corruptibili: nunc autẽ uiuificati ſunt igne uiuo, & liberati ſunt, tu aũt morieris, dicit dñs, & in quo igne morieris, in eo habebis habitationẽ. Et poſtea incendit eam, & uenit uſq; columnam Baal, quã demoliens, incendit Baal cum aſſiſtẽtibus populis, id eſt M. uiris. Et poſt hæc uenerunt filij Ammon, & cœperunt expugnare Iſraël, & acceperunt ciuitates eorũ multas. Et dum coanguſtarent̃ populi ualde, cõgregati ſunt in Maſphath, dicẽtes ſinguli quiq; ad proximos ſuos: Ecce nunc uidemus preſſuram quæ includit nos, & dominus receſſit à nobis, & iam non eſt nobiſcũ, & inimici noſtri rapuerũt ciuitates noſtras, & dux nõ eſt qui ingrediatur, & exeat ante

*Nathaniel angelus præſes ignis.*

conſpectum

C conſpectũ noſtrũ. Nunc ergo uideamus quẽ ponamus ſuper nos, ut pugnet pũgnã noſtrã. Iepthan autẽ Galadites erat potens in uirtute, cum zelaret fratres ſuos, qui eiecerant eũ de terra ſua, & ille iens ſedit in terra Tobi: Et congregati ad eum uiri uagi, commorati ſunt cum eo. Et factum eſt cum expugnaretur Iſraël, uenerunt in terram Tobi ad Iepthan, & dixerunt ad eum: Veni principare populo: Quis enim ſcit, ſi propterea ſeruatus es in dies iſtos, aut propterea liberatus es de manibus fratrũ tuorũ, ut principeris in tẽpore hoc populo tuo?

*Iepthä Galadites.*

*Iudicum 11.*

Et dixit ad eos Iepthan: Sic poſt odium dilectio reuertitur, aut tempus omnia uincit, quoniam eieciſtis me de terra mea, & de domo patris mei, & nunc ueniſtis ad me, quando preſſura facta eſt uobis. Et dixerunt ad eum: Si deus patrũ noſtrorum cum peccauiſſemus ei, & tradidiſſet nos in conſpectum inimicorũ noſtrorum, & premeremur ab his, immemor fuit peccatorũ noſtrorum, & liberauit nos: & quid tu uis homo mortalis iniquitates quæ acciderunt nobis memorari, in tempore preſſuræ noſtræ? Et ideo non ita ſit coram te domine. Et dixit Iepthan: Deus poteſt peccatorũ noſtrorum memor non eſſe, qui habet tempus & locum ubi requieſcat à longanimitate ſua tanquam deus, ego autẽ mortalis, & de terra factus, in quam reuerſurus ſum, ubi proijciam iram meam, & iniuriam qua nocuiſtis me? Et dixit ad eum populus: Edoceat te columna, cui aſſimilatus eſt Iſraël, quia cum auferuntur ab ea filij eius, tamen de loco non recedit ſuo, & reſpuens iniuriã ſuam, obliuiſcet uelut in profundo abyſſi. Et ſurrexit Iepthan, & uenit cum eis, & collegit omnem populum, & dixit ad eum: Scitis quod dum uiuerent duces noſtri, monuerunt nos ut ſequeremur legem noſtram: Et Amon, & filij eius auerterunt populum de uia ſua, in qua ambulabant,

D & ſeruierunt dijs alienis, qui eos perderent: Nunc ergo ponite corda ueſtra in lege domini dei ueſtri, & deprecemur eũ unanimes, & ſic pugnabimus aduerſus inimicos noſtros, confidentes & ſperantes in domino, quoniam non tradet nos uſque in finem. Et ſi peccata noſtra ſuperabundent, miſericordia tamen eius implet terrã. Et orauit omnis populus unanimiter, uiri & mulieres, pueri lactentes: Et cum orarent, dicebant: Intende domine in populum quem elegiſti, & non corrumpas uineam quam plantauit dextera tua, ut ſit coram te in hæreditate hæc gens, quam habuiſti ab initio, & quam prætuliſti ſemper, & pro qua feciſti habitabilia, & induxiſti in terram quam iuraſti: & ne tradas nos in conſpectum odientium te domine. Et pœnituit deum iræ ſuæ, et confortauit ſpiritum Iepthæ: Et miſit nuntium ad Getal regem filiorum Ammon, & dixit: Quare importunus es terræ noſtræ, & accepiſti ciuitates meas, aut contriſtaris? Quare tibi non præcepit Iſraël, ut diſperderes inhabitantes terrã? Et nunc redde mihi ciuitates meas, & pauſabit iracundia mea à te: Si quod minus, ſcito quoniam aſcendam ad te, & præterita tibi reddam, & retribuam malicias tuas in caput tuum: Aut immemor ſum, quoniam ſubdoli fuiſtis populo Iſraël in eremo? Et legati Iepthæ dixerunt mandata hæc regi filiorum Ammon. Et dixit Getal: Putabat Iſraël in quantum acceperat terram Amorreorum? Et ideo dicite: Scitote, quia nunc reſiduas ciuitates accipiam à te, & reddam tibi maliciam, & uindicabo Amorreos quos nocuiſtis. Et adiecit Iepthan mandare regi filiorum Ammon, dicens: In ueritate didici, quia adduxit te deus ut diſperdam te, niſi requieſcas ab iniquitate qua uis nocere Iſraël. Et ideo ueniam ad te, & manifeſtabo me tibi: Non enim, ſicut dicitis, ſunt dij qui dederunt uobis hæreditatem quam poſſidetis, ſed quia poſt lapides ſeducti eſtis, u enieti gnis poſt uos in uindictam. Et quia nolebat rex filiorũ Ammon exaudire uocẽ Iepthæ,

ſurrexit

A ſurrexit Iephta, & armauit omnem populum ut exiret, & in præcinctu pugnaret, dicens: Cum traditi fuerint filij Ammon in manus meas, & reuerſus fuero, omnis qui mihi primus obuiauerit, erit domino in holocauſtum. Et iratus eſt dominus ira, & dixit: Ecce orauit Iephta, ut offerret mihi omne quod primum obuiauerit ei, & nunc ſi canis primus obuiauerit Iepthæ, nunquid canis offeretur mihi? Et nunc fiat oratio Iepthæ in primogenitum eius, id eſt, in fructũ uentris ipſius, & petitio ipſius in unigenitam eius. Ego autem liberans liberabo populum meum in iſto tempore, non pro eo, ſed pro oratione quam orauit Iſraël. Et uenit Iephta, & expugnauit filios Ammon, & tradidit eos dominus in manus eius, & percuſſit ciuitates eorum ſexaginta, & reuerſus eſt Iephta cum pace. Et exierunt mulieres in obuiam ei in choris. Et erat ei unigenita filia, quæ in choris exijt prima obuiam patri ſuo. Et uidens eam Iephta, reſolutus eſt, & dixit: Iuſte uocatũ eſt nomen tuum Seila, ut offeraris in ſacrificium. Et nunc quis dabit cor meum in ſtatera, animam in pondere, & ſtabo, & uidebo, utrum epulatio quæ facta eſt, an triſtitia quæ contigit mihi? Et quia in cantico uotorũ aperui os meum domino meo, nõ poſſum reuocare illud. Et dixit ei Seila filia eius: Et quis eſt qui triſtetur moriens, uidẽs populum liberatum? Aut immemor es quæ facta ſunt in diebus patrum noſtrorum, quãdo pater filium imponebat in holocauſtum, & non contradixit ei, ſed epulans cõſenſit illi? Et erat qui offerabatur paratus, & qui offerebat gaudens. Et nunc omnia quæ oraſti non deſtruas, ſed fac unam † autẽ petitionem. Peto à te antequàm moriar poſtulationem minimam, exoro priuſquàm reddam animam meam, ut uadam in montes, & permeem in collibus, & perambulem petras, ego & conuirginales meæ, & ef-
B fundam in eis lachrymas meas, & referam triſtitias iuuentutis meæ, & plorabũt me ligna campi, & plangent me beſtiæ campeſtres, quia non ſum triſtis in hoc quod moriar, nec dolet mihi quæ reddo animam meam, ſed quoniam in oratione præoccupatus eſt pater meus: & ſi ſpontanea me non obtulero in ſacrificiũ, timeo ne nõ ſit acceptabilis mors mea, aut inuano perdam animam meam. Hæc referam mõtibus, & poſt reuertar. Et dixit pater eius: Vade. Et profecta eſt Seila filia Iepthæ, ipſa & conuirginales eius, & uenit, & narrauit ſapientibus populi, & nemo potuit reſpondere ad uerbum eius. Et poſt uenit in montem Stelac, & dominus cogitauit ſuper eam noctu, & dixit: Ecce nunc concluſi linguam ſapientum populi mei in generationem iſtam, ut non poſſent reſpondere filiæ Iepthæ ad uerbum eius, ut compleretur uerbum meum, nec deſtrueretur conſiliũ meum quod cogitaueram, & ipſam uidi magis ſapientem, quàm patrem ſuum, & ſenſatam uirginem præ omnibus, qui hic ſunt ſapientibus, & nũc detur anima eius in petitione eius, & erit mors eius precioſa ante conſpectum meum omni tempore. Et ut uenit filia Iepthæ in montem Thelac, cœpit plorare. Et hic trenus eius, in q̃ plangens plorauit ſe antequàm recederet, & dixit: Audite mõtes trenum meum, & intendite colles lachrymas oculorum meorum, & teſtes eſtote petræ in planctu animæ meæ. Ecce quomodo accuſor, ſed non inuano recipiatur anima mea. Proficiſcantur uerba mea in cœlis, & ſcribantur lachrymæ meæ ante conſpectum firmamenti, ut pater non expugnet filiam quã deuouit ſacrificare, ut princeps illius unigenitã audiat in ſacrificio promiſſam. Ego autem non ſum ſaturata thalamo meo, nec repleta ſum coronis nuptiarum mearum: Nõ enim ueſtita ſum ſplẽdore ſedens in genua mea, & nõ ſum uſa † Moyſi odoris mei, nec froniuit anima mea oleo unctionis quod præparatum eſt mihi. O mater inuano peperiſti unigenitam tuam, quoniã factus eſt infernus thalamus

† ante forte legendum eſt.

† legerim hic citius moſcho.

C lamus meus, & genuam meam ſuper terram, & cõfectio omnis olei quod præ paraſti mihi effundatur, & alba quam neuit mater mea tinea comedit eam, & corona quam intexuit nutrix mea, in tempore marceſcat, & ſtratoria quæ texuit ingenuam meam de Hyacinthino & purpura, uermis ea corrumpet, & referentes de me conuirgines meæ in gemitu per dies plangant me. Inclinate arbores ramos ueſtros, & plangite iuuentutem meam, uenite feræ ſyluarum & conculcate ſupra uirginitatem meam, quoniam abſciſi ſunt anni mei, & tempus uitæ meæ in tenebris inueterauit. Et his dictis, reuerſa eſt Seila ad patrem ſuum, & fecit omnia quæcunq; orauit, & obtulit holocauſtomata. Tunc omnes uirgines Iſraël conuenerunt, & ſepelierunt filiam Iepthæ, & planxerunt eam, & fecerũt filij Iſraël planctum magnum, & conſtituerunt in eo menſe quartadecima die menſis, ut conuenientes per ſingulos annos plangerent filiam Iepthæ per dies quatuor. Et fecerunt nomen ſepulchri eius iuxta nomen eius Seila. Et iudicauit Ieptha filios Iſraël annos decem, & mortuus eſt, & ſepultus eſt cum patribus ſuis. Et poſt eum ſurrexit Moab: Iudex in Iſraël Addo filius Elech de praton, & iudicauit & ipſe filios Iſraël annis octo. Et in diebus ipſius miſit rex Moab nuntios ad eum, dicens: Ecce nunc ſcies, quoniam ciuitates meas accepit Iſraël, & nunc redde eas in remiſſionem. Et dixit Addo: Nec docti eſtis in his quæ contigerunt filijs Ammon, niſi forte iam peccata Moab repleta ſint? Et miſit Addo, & accepit de populo X X M. uirorum, & uenit in Moab, & expugnauit eos, & interfecit de eis X L V M. uirorum, reliqui autem fugerunt ante conſpectum eius. Et reuerſus eſt Addo cum pace; & obtulit holocauſtomata, & ſacrificia domino ſuo, & mortuus eſt, & ſepultus eſt in Euphrata ciuitate ſua. Et in tempore eo elegit populus Elon, & conſtituit eum ſibi iudicem, & iudicauit Iſraël X X. annis. Et in illis diebus expugnauerunt Allophilos, & acceperunt ab his duodecim ciuitates, & mortuus eſt Elon, & ſepultus eſt in ciuitate ſua. Filij autem Iſraël obliti ſunt dominum deum ſuum, & ſeruierunt dijs habitantium terram, & propter hoc traditi ſunt Allophilis, & ſeruierunt eis annis X L. Fuit autem uir de tribu Dan, cui nomen erat Manuc, filius Edoc, filij Odon, filij Eriden, filij Phadeſur, filij Dema, filij Suſi, filij Dan, & erat ei mulier cui nomen Eluma, filia Remac, & hæc erat ſterilis, & non pariebat ei. Cui cum diceret quotidie Manuc maritus eius: Ecce concluſit dominus metram tuam, ut non pareres, & nunc dimitte me, ut accipiam aliam mulierem, ne moriar ſine fructu. Et dicebat illa: Non me concluſit dominus ut non parerem, ſed te, ut non faciam fructum. Et ille dixit ad eam: Experimentum noſtrum manifeſtat lex. Et cum altercarentur quotidie, & contriſtarentur ambo ualde, quia ſine fructu erant, in nocte quadam aſcendit mulier ſolarium, & orauit, dicens: Ecce tu domine deus totius carnis, utrum uiro meo, aut mihi non ſit datum procreare filios, reuela mihi, uel cui prohibitum ſit, aut cui conceſſum ut faciat fructum, ut cui prohibitum eſt, immeſcat in peccatis ſuis, quia manet ſine fructu: uel ſi ambo fraudati ſumus, & hoc reuela nobis, ut peccata noſtra ſuſtinentes, taceamus coram te. Et exaudiuit dominus uocem eius, & miſit ei angelum ſuum mane, & dixit ad eam: Tu es ſterilis, quæ non parturis, & tu es metra, quæ prohibita es non facere fructum. Sed nunc exaudiuit dominus uocem tuam, & intendit lachrymis tuis, & aperuit metram tuam. Et ecce concipies, & paries filium, & uocabis nomen eius Samſon: hic enim erit ſanctificatus domino tuo. Intende autem ne guſtet ex omni fructu uineæ, & ne comedat omne immundum, quia ſicut ipſe, dixit, liberabit Iſraël de manu Allophilorum,

*Iudicum liber habet annos VI.*

*Addo moritur*

D

*Elon.*

A philorum. Et cum locutus fuiſſet angelus domini uerba hæc, receſſit ab ea. Et illa uenit ad uirum ſuum in domum, & dixit ad eum: Ecce ego appono manum meam ſuper os meum, & ore tacens ante te omnes dies, propter quod gloriata ſum in uano, & non credidi uerbis tuis. Angelus enim domini uenit ad me hodie, & manifeſtauit mihi, dicens: Eluma tu es ſterilis, ſed concipies, & paries filium. Et non credidit Manuc mulieri ſuæ. Et confuſus triſtitia, aſcendit & ipſe in ſolario, & orauit, & dixit: Ecce non ſum dignus audire ſigna & prodigia quæ fecit in nobis deus, aut uidere faciem miſſi. Et factum eſt dum loqueretur uerba hæc, adiecit angelus domini uenire ad uxorem eius, ipſa autem erat in agro, & Manuc in domo ſua. Et dixit ad eam angelus: Curre, & clama ad uirum tuum, quoniam dignatus eſt deus, ut uocem meam audiat. Et currens mulier clamauit uiro ſuo, & ille feſtinans uenit ad angelum in agro in animo, qui dixit ad eum: Ingredere ad mulierem tuam, & fac cito omnia uerba iſta. At ille dixit ei: Sed uide tu domine, ut uerbum tuum fiat ſuper puerum tuum. Et ille dixit: Fiat. Dixitq; ad eum Manuc: Si poſſem, perſuaderem tibi, ut ingredereris in domum meam, & manducares apud me panem, & ſcires, ut cum uadas darem tibi dona quæ tecũ ferres, ut offerres ſacrificium domino deo tuo. Et dixit ei angelus: Non ingrediar tecum in domum tuam, nec manducabo panem tuum, nec dona tua accipiam. Si enim offeres ſacrificium de his quæ ſunt aliena, non poſſum gratificari tibi. Et ædificauit Manuc altarium ſuper petram, & obtulit ſacrificia, & holocauſtomata. Et factum eſt dum concidiſſet carnes, & poſuiſſet eas ſuper ſacraria, miſit angelus, & tetigit ea de ſummitate ſceptri ſui, & exiuit ignis de petra, & deuorauit holocauſtomata, & ſacrificia. Et angelus
B aſcendit ab eo cum flamma ignis. Manuc uero, & mulier eius uidentes hæc ceciderunt in faciem ſuam, & dixerunt: Morte moriemur, quia uidimus dominum facie ad faciem. Non ſufficiebat quod uidi eum. Et adhuc interrogauit nomen eius, nec ſciens quoniam miniſter dei eſſet. Angelus autem qui uenerat dicebatur Phadahel. Et factum eſt in tempore dierum ipſorum concepit Eluma, & peperit filium, & uocauit nomen eius Samſon, & erat dominus cum eo. Et cum cœpiſſet creſcere, & quærere expugnare Allophilos, accepit ſibi mulierem de Allophilis. Quam incenderunt Allophili in igne, quoniam humiliati erant de Samſon ualde. Et poſtea iratus eſt Samſon in Azotum, & incluſerunt, & circuierunt ciuitatem, & dixerunt: Ecce nunc traditus eſt inimicus noſter in manus noſtras, & nunc congregemus, & adiuuemus alterutrum animas noſtras. Et cum ſurrexiſſet Samſon noctu, & uidiſſet ciuitatem clauſam, dixit: Ecce nunc pulices iſti incluſerunt me in ciuitate ſua. Et nunc erit dominus mecum, & egrediens per portas eorum expugnabo eos. Et ueniens ſuppoſuit ſiniſtram manum ſuam ſub plectro portæ, & concutiens depoſuit portam muri, unam earum tenebat in dextera ſua pro ſcuto, alteram poſuit ſuper ſcapulas ſuas, & auferens, quoniam non habebat gladium, perſequebatur in ea Allophilos, & interfecit in ea uigintiquinque milia uirorum. Et leuauit omnia quæ erant portæ, & poſuit ea in montem. De leone autem quem interfecit, & de maxilla aſini in qua occidit Allophilos, & de uinculis uelut ſponte diruptis de brachijs eius, & uulpibus, quas apprehendit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro Iudicum? Tunc deſcendit Samſon in Geraram ciuitatem Allophilorum, & uidit ibi fornicariam, cui nomen erat Dalila, & ſeductus eſt poſt eam, & accepit eam ſibi in uxorem. Et dixit deus: Ecce nunc Samſon ſeductus eſt per oculos ſuos, & immemor fuit uirtutis quam feci cum eo, & commixtus eſt filiabus Allophilorum,

*Phadahel angelus.*

*Samſon.*

*Dalila uxor Samſonis.*

C philorum, & non intendit in Ioſeph puerum meum, qui fuit in terra aliena, & factus eſt in coronam fratrum ſuorum, eò quod noluerit contriſtare ſemen ſuum. Et nunc erit Samſon concupiſcentia ſua in ſcandalum, & commixtio eius in perditionem, & tradam eum inimicis eius, & excæcabunt eum, ſed in hora mortis eius memorabor illius, & adhuc ſemel uindicabo eum in Allophilos. Et poſt hæc, mulier eius cum importuna eſſet illi, dicebat ad eum: Indica mihi potentiam tuam, & in quo ſit uirtus tua, & ſic cognoſcam quoniam amas me. Et cum fefelliſſet eam Samſon ter, & illa importuna ei eſſet quotidie, manifeſtauit ei quarto cor ſuum. Et inebriauit eum illa, & ſoporato illo uocauit tonſorem, & totondit ſeptem crines capitis eius, & receſſit uirtus eius ab eo, quoniam ſic & ipſe annuntiauerat. Et uocauit Allophilos, & percuſſerunt Samſon, & excæcauerunt eum, & miſerunt illum in carcerem. Et factum eſt in die potationis eorum uocauerunt Samſon, ut illuderent eum, & ille ligatus iuxta duas columnas, orauit, dicens: Domine deus patrum meorum, exaudi me adhuc ſemel, & conforta me, ut moriar cum Allophilis iſtis, quoniam uiſus quem iſti ſuſtulerunt mihi, gratis mihi datus eſt à te. Et adiecit dicens Samſon: Proficiſcere anima mea, & noli contriſtari, morere corpus, & noli lugere te. Et apprehendit duas columnas domus, & iactauit eas, & cecidit domus, & omnia quæ circa eam erant, & interfecit omnes qui in circuitu eius erant. Et fuit numerus eorũ quadraginta milia uirorum ac mulierum. Et deſcenderũt fratres Samſon, & omnis domus patris eius, & accipientes ſepelierunt eum in ſepulchro patris eius, ipſe autem iudicauit Iſraël XX. annis. Et in diebus illis non erat dux in Iſraël, ſed faciebat unuſquiſq; quæ placita erant ante conſpectum eorũ. Et in illo tempore ſurrexit Michas filius Dedila, matris Heliu, & habebat mille dragmas auri, & quatuor tegulas conflatiles auri, & quadraginta didragmas argenti. Et dixit ad eum mater eius Dedila: Audi fili uocem meam, & facies tibi nomen ante mortem: accipe aurum iſtud, & confla illud, & facies tibi idola, & erunt tibi in deos, & tu fiere eis ſacerdos. Et erit qui uoluerit interrogare per eos, qui ueniet ad te, & reſpondebis ei. Et erit in domo ara, & columna ædificata ex auro iſto quod habes, comparabis tibi thus in incenſum, & oues in ſacrificium. Et erit quicunque uoluerit facere ſacrificium, dabit pro ouibus ſeptem didragmas, & pro thure ſi uoluerit incendere, dabit didragmam unam argenti & ponderis, & ſacerdos nomẽ tuum erit, & diceris cultor deorum. Et dixit ad eam Michas: Bene mater conſiliata es mihi ut uiuam, & nunc erit nomen tuum plus quàm meum, & in nouiſſimis diebus omnia à te exquirentur. Et profectus eſt Michas, & fecit omnia quæcunq; præceperat ei mater ſua. Et excluſit, & fecit ſibi effigies tres puerorum, & uitulorum, & leonem, aquilam, & draconem, & columbam. Et factum eſt, ut omnes qui ſeducebantur, uenirent ad eum, & ſiquid uoluiſſent pro uxore interrogare, per columbam interrogarent eum. Si quis autem pro filijs, per effigies puerorum. Qui uero pro diuitijs, per ſpeciem aquilæ. Qui pro fortitudine, per leonis effigiem conſulebant eum. Si autem pro pueris & pro puellis, per effigies uitulorum interrogabãt: nam ſi pro longitudine dierum, per draconis effigiem interrogabatur. Et erat iniquitas eius multiformis, & irreligioſitas eius aſtuta. Et nunc recedentibus filijs Iſraël à domino, dixit dominus: Ecce eradicabo terram, & perdam totum genus hominum, quoniam cum ponerem excelſa in monte Sina, oſtendi me filijs Iſraël in procella, & dixi, ut non facerent idola, & conſenſerunt, ut nõ ſculperent effigies deorum. Et conſtitui his, ut non acciperent nomen meum in uanum, & elegerunt hoc, ne acciperent

*Samſon XX. annis præfuit Iſraëlitis.*

D

A acciperent ſibi nomen meum inuanum. Et præcepi eis, ut cuſtodirent diē ſab/ bati,& conſenſerunt mihi ut ſanctificarent ſe. Et dixi eis,ut honorificarent pa/ trem & matrem,& promiſerunt facturos ſe. Et conſtitui eis nō furari,& cōſen/ ſerunt. Et iuſſi eos homicidium non facere,& acceptum habuerunt ut non face rent. Et præcepi eis ne mœcharentur,& non negauerunt. Et conſtitui eis,ne fal ſum teſtimonium dicerent,& ne concupiſcerent unuſquiſq; uxorem proximi ſui,neq; domum,nec omnia quæ eius ſunt,& acceptauerūt ut non facerent ido la,nec opera deorum eorum,qui nati ſunt de corruptela in appellatione ſculpti li. Sed eos per quæ facta ſunt corrupta omnia. Fecerunt enim eam mortales ho mines,& ignis miniſtrauit in conflatione eorum, ars hominis produxit eos, & manus operatæ ſunt illos,& ſenſus adinuenit eos. Quæ accipientes accepta- uerunt nomen meum inuanum,& nomen meum impoſuerunt ſculptilibus,& die ſabbati, quem acceperunt ut cuſtodirent, operati ſunt abominamenta ab eo. Propter quod dixi eis,ut diligerent patrem & matrem, me inhonorificaue/ runt creatorem ſuum. Et quod dixi eis, ut non furarentur in ſenſu ſuo, furati ſunt in ſculptilibus. Et quod dixeram,ut non occiderent,occidunt quos ſedu- cunt. Et cum præcepiſſem eis non mœchari, zelum ſuum mœchati ſunt. Et quod elegerunt ne falſum teſtimonium dicerent, falſum teſtimonium accepe/ runt ab eis quos exterminauerunt,& concupierunt mulieres alienas. Propte/ rea ecce ego exhorreſco genus hominum,& ut eradicem plaſmata, multiplica/ buntur morientes ſuper numerum naſcentium, eò quod uitiata eſt domus Ia/ cob iniquitatibus, & multiplicata eſt impietas Iſraël, & non poſſum ex toto diſperdere de tribu Beniamin: quoniam ipſi primi ſeducti ſunt poſt Michā, &

B populus Iſraël non erit impunis, erit autem eis in ſcandalum ſempiternum in memoriam generationis generationum. Micham autem tradam igni. Et erit mater eius in conſpectu eius marceſcens uiua ſuper terram, & uermes exient de corpore eius. Et tunc loquentibus eis inter ſe ad inuicem, dixit illa tanquam mater caſtigans filium ſuum: Ecce quale operatus es peccatū? Et reſpondit il/ le,tanquam filius obaudiens matri,& aſtute agens,& tu maiorem feciſti iniqui tatem. Et erit ſimilitudo columbæ quam fecit ad eijciēdos oculos eius,& ſimili/ tudo aquilæ erit,ut præſtet illis de pennis ignem, & effigies puerorum quas fe/ cit, erunt ei ad radenda latera, & effigies leonis quam fecit, erit ei ut fortes ſint torquentes eum. Et ſic non hoc ſolummodo Michæ faciam, ſed omnibus qui peccant in me. Et nunc ſciet genus hominum,quoniam nō zelabunt me in ad/ inuentionibus quæ faciunt,ſed omni homini erit illa punitio, ut in quo pecca/ to peccauerit,in eo adiudicabitur. Et ſi mentiti fuerint ante cōſpectum meum, mandabo cœlo,& mentietur eis pluuiam. Et ſi uoluerit unuſquiſq; concupiſce re rem proximi ſui,mandabo morti, & abnegabit eis fructum uentris eorum. Et ſi iudicabunt in nomine meo falſe,ego non exaudiam orationes eorum. Et cum diſcernitur anima à corpore, tunc dicent: Non contriſtemur in his quæ paſſi ſumus,ſed quia quæcunq; adinuenimus,hæc & recipiemus. Et factum eſt in tempore illo uenit quidam de tribu Leui in Gabao, & cū uellet manere ibi, occidit ſol. Et uolentem ibi ingredi,non permiſerunt qui habitabant eā. Et ille dixit puero ſuo: Ambula,& duc mulū,& ueniemus in ciuitatē Nobā, forſitā p/ mittet nos ingredi in eā. Et uenit illuc,& ſedit in platea ciuitatis, & nullus dixit ei:Ingredere in domū meā. Erat aūt ibi qdā leuites,cui nomē erat Bethac,hic cū uidiſſet eū,dixit ad illū: Nū tu es Beel de tribu mea? Et ille dixit: Ego ſum. Et di/ xit ad eum: Non ſcis malitiam habitantiū in hac ciuitate? Et quis te perſuaſit ut

*Mentiri dixit pro negare.*

C *ingredereris huc? Vnde feſtinus exi hinc, & ingredere in domũ meam in* qua habito, & mane hodierna die, & dominus concludet cor eorum ante nos, ſicut concluſit Sodomitas ante conſpectum Loth. Et ingreſſus ciuitatem, manſit ibi nocte illa. Et conuenerunt omnes inhabitantes ciuitatem, & dixerunt Bethac: Produc qui uenerunt ad te hodie: ſi quo minus, & te & illos igni cremabimus. Et ille *exiuit ad eos, & dixit illis:* Nónne hij fratres *noſtri* ſunt, ne faciemus mala cum eis, ne peccata noſtra multiplicentur in nos? Et illi reſponderunt: Nunquam factum eſt, ut aduenæ imperent inhabitantibus. Et uim facientes ingreſſi ſunt, & abſtraxerunt eum & concubinam eius, & eiecerunt eum foras, & remiſſo uiro, uſi ſunt turpiter concubinam eius, uſquequo moreretur, quoniam *tranſgreſſa fuerat uirum ſuum* quodam tempore, cum peccaſſet cum Amalechitis, & propterea tradidit eam dominus deus in manus peccatorum. Et facto mane exiuit Bethac, & inueniens concubinam ſuam mortuam, impoſuit eam *ſuper mulum, & feſtinans exiuit, & uenit in* Gades. *Et accipiens corpus* eius diuiſit eam in partes, & miſit eam per duodecim tribus, dicens: Hæc mihi facta ſunt in Noba ciuitate. Et ſurrexerunt ſuper me habitantes in ea, ut occiderent *me, & acceperunt concubinam meam, incluſo me illam occiderunt. Et ſi pla*cet hoc ante conſpectum ueſtrum, ut taceatis, dominus autem iudicat: ſi autem uolueritis uindicare, dominus adiuuabit uobis. Et conturbati ſunt omnes uiri duodecim tribus, & collecti in Seron, dixerunt unuſquiſque proximo ſuo: Si facta eſt talis iniquitas in Iſraël, pauſabit Iſraël? Et dixit dominus ad Antecimi*num: Vides quemadmodum conturbatus eſt populus inſipiens? In terra in* qua debuerant mori quàm uerſute geſſit Michas, ut in iſtis ſeduceret populum, in columba & aquila, & in effigie hominum, & uitulorum, & leonis, &
D draconis? Et ideo quia non ſunt tunc zelati, propterea ſit eorum conſilium in manu, & conturbabitur cor eorum, ut eum peccatores *conſumant*, *quam ini*qua gerentes. Et ut factum eſt mane conturbati ſunt populi Iſraël, & dixerunt: Aſcendamus, & inquiramus *peccatum* quod factum eſt, ut auferatur iniquitas à nobis. Et hæc loquentes, dixerunt: Interrogemus primum dominum, & diſcamus, ſi tradet fratres noſtros in manus noſtras: ſin minus, pauſemus. Et dixit eis Phinees: Offeramus demonſtrationem & ueritatem. Et reſpondit eis dominus, dicens: Aſcendite, quoniam tradam eos in manus ueſtras. Ipſe autem ſe duxit eos, ut compleret uerba ſua. Et aſcenderunt in pugnam, & uenerunt in ciuitatem Beniamin, & miſerunt nuntios, dicentes: Mitte nobis uiros, qui fecerunt iniquitatem hanc, & parcemus uobis, reddentes unicuique malitiam ſuam. Et indurauit populus Beniamin cor ſuum, & dixerunt ad populum Iſraël: Quare tradamus uobis fratres ueſtros? Et ſi parcitis, non pugnabimus contra uos. Et exiuit populus Beniamin in obuiam filijs Iſraël, & perſecutus eſt eos.

*Strages Iſraëlitarum.*

Et ceciderunt filij Iſraël *in* conſpectu eius, & percuſſit in eis quadragintaquinque milia uirorum. Et factum eſt cor populorum conturbatum nimis, & uenerunt lugentes, & plorantes in Silon, & dixerunt: Ecce tradidit nos dominus in conſpectu habitantium in Noba. Et nunc interrogemus dominum, quis in nobis peccauit. Et interrogauerunt dominum. Et dixit ad eos: Si uultis, aſcendite, & pugnate, & tradentur in manus ueſtras, & tunc uobis dicetur propter quod *cecidiſtis in conſpectu* eorum. Et aſcenderunt alia die expugnare eos, & exierunt filij Beniamin, & perſecuti ſunt Iſraël, & percuſſerunt in eis *quadragintaſex milia* uirorum. Et diſſolutum eſt cor populorum ualde, & dixerunt: Nunquid uoluit deus ſeducere populum ſuum? Aut nunquid ita

conſtituit,

A conſtituit propter id quod factum eſt malum, ut æqualiter cadant, qui faciunt iniqua? Et hæc dicentes, ceciderunt in conſpectu arcæ teſtamenti domini, & ruperunt ueſtimenta ſua, & impoſuerunt cinerem ſuper capita ſua, ipſi & Phinees filius Eleazari ſacerdotis, qui orauit & dixit: Quæ eſt ſeductio hæc, qua ſeduxiſti nos domine? Si iuſtum eſt ante conſpectum tuum quæ fecerunt filij Beniamin, quare nobis non renuntiaſti, ut incenderemus? Si autem non erat placitum in conſpectu tuo, quare nos permiſiſti ut caderemus ante eos? Et adiecit dicere Phinees: Deus patrum noſtrorum audi uocem meam, & renuntia ſeruo tuo hodie, ſi recte factum eſt ante conſpectum tuum, aut forte peccauit populus, & uoluiſti diſperdere malefacta eorum, ut emendares etiam in nobis qui peccauerunt tibi. Ego enim memor ſum in iuuentute mea, quando peccauit Iambri in diebus Moyſi famuli tui, & ingreſſus intraui ego, & zelatus ſum animæ meæ, & ambos ſuſpendi in romphæa mea, & uoluerunt inſurgere aduerſum me reſidui, & mortificare me, & miſiſti angelum tuum, & percuſſiſti ex his XXIIII M. uirorum, & me liberaſti de manibus eorum. Et nunc undecim tribus miſiſti, & adduxiſti eis, dicens: Ite, & percutite eos. Et euntes, traditi ſunt. Et nunc dicunt, quod manifeſtationes tuæ ueritatis mentiantur coram te. Et nunc domine deus patrum noſtrorum, non abſconde à ſeruo tuo, ſed renuntia nobis propter quid feciſti in nos iniquitatem iſtam? Et uidens dominus quoniam attente orauerat Phinees in conſpectu eius, dixit ad eum: Per me iuraui, dicit dominus, quoniam ſi non iuraſſem, memor tui non fuiſſem in eo quod dixiſti, neque reſpondiſſem uobis hodie. Et nunc dic populo: ſtate, & audite uerbum domini: hæc dicit dominus: Erat quidam in media ſylua potentior, cui commendauerunt omnes beſtiæ ſyluam, ſua poteſtate ut eam cu-

Apologus.

B ſtodiret, ne forte aduenientes cæteræ feræ exterminarent eam. Et cum cuſtodiret hãc leo, aduenerunt feræ agri de alia ſylua, & comederunt omnes catulos ferarum, & exterminauerunt fructum uentris earum, & leo uidit, & tacuit. Et feræ beſtiarum ſecuræ erant, quoniam commendauerunt leoni ſyluam, non ſentientes quia filij earum exterminati erant. Et poſt tempus, exurrexit minima fera ex his quæ commendauerant leoni ſyluam, & comedit minimum catulum alterius feræ peſſimæ: & ecce leo exclamauit, & conturbauit omnes feras ſyluæ, & pugnauerunt inter ſe, & expugnauerunt unuſquiſque proximum ſuum. Et cum exterminarentur multæ feræ, uidit alius catulus leonem de alia ſylua tanta, & dixit: Nónne tu exterminaſti feras tantas? Quæ iniquitas hæc? ut cum exterminaretur ab initio tantæ feræ, aut filij earum iniuſte ab alijs feris peſſimis, & quando oportebat moueri feras omnes, ut ſe uindicarent, quando corrumpebatur fructus earum inuano, tunc tacebas, & non loquebaris. Sed unus catulus nunc perijt feræ peſſimæ, & exagitaſti totam ſyluam, ut ſe comederent inuicẽ omnes feræ iniuſte, ut minoretur ſylua. Et nunc te oporteret exterminari primum, & ſic conſtitueris reſidua. Et audierunt catuli ferarum, & interfecerunt leonem primum, & catulum propoſuerunt pro eo, & ſic cæteræ feræ in unum ſubiectæ ſunt. Michas exurrexit, qui ditauit uos in his quæ commiſit ipſe & mater eius. Et fuerunt iniqua & peſſima, quæ nullus adinuenit ante eos, ſed in uerſutia ſua fecit ſculptilia, quæ non ſunt facta uſque in hanc diem, & nullus zelauit, ſed omnes ſeducti eſtis, & uidiſtis fructum uentris ueſtri corrumpi, & tacuiſtis ſicut malus ille leo. Et nunc uidentes quemadmodum concubina huius iniqua gerens mortua eſt, & conturbati eſtis omnes, & ueniſtis ad me, dicentes: Si tradas in manus noſtras filios Beniamin.

C min. Propterea uos fefelli, & dixi: Tradam uobis illos. Et nunc diſperdidi eos qui tunc tacuerunt, & ſic uindicabo in omnes qui inique geſſerunt. Et exurrexit omnis populus unanimiter, & abijt, & exierunt filij Beniamin obuiam eis, æſtimantes ut ſicut antea euicerant eos, & neſciebant quoniam completa erat malitia ſuper eos. Et cum ueniſſent ſicut primum, & perſequerentur poſt eos, refugit populus à facie eorum, ut darent locum. Et tunc exurgentes ab inſidijs, facti ſunt filij Beniamin in medio eorũ. Et conuerſis his qui refugiebant, interfecti ſunt uiri ciuitatis Noba, à uiro uſq; ad mulierẽ, LXXXXV M uirorum, & incenderunt ciuitatem filij Iſrael, & direpta ſpolia eorum perdiderunt omnia in ore gladij, & nemo ſupfuit de filijs Beniamin, niſi DC. uiri, qui fugerunt, & non ſunt inuenti in pugna. Et reuerſus eſt omnis populus in Silon, & Phinees filius Eleazari ſacerdotis cum eis. Hi autem ſunt qui derelicti ſunt de genere Beniamin, principes tribus decem patriarum, quorum nomina hæc ſunt. Primæ patriæ, Ezbaile, Ziebbalac, Reindebac, Belloch. Et ſecundæ patriæ, Netach, Zenip, Phenoch, Deniech, Gereſaraz. Et tertiæ patriæ, Ierimuth, Veloth, Amibel, Genuth, Nephuth, Phienna. Et ex quarta ciuitate, Gemuph & Eliel, Gemet, Soleph, Raphaph, & Doſſo. Et de q̃nta patria, Anuel, Code, Fretã, Remmõ, Peccã, Nabath. Et ſexta patria, Rephaz, Sephet, Araphaz, Metahc, Adhoc, Balinoc. Et de ſeptima patria, Beninmephiz, Araph, Ruimel, Belon, Iaal, Abac. Et decima patria, Enophlaſa, Melec, Meturia, Meac, & cæteri qui ſuperfuerunt principes tribus numero LX. Et in illo tempore reddidit dominus Micha & matri eius omnia quæ loquutus eſt. Et erat Micha diſſolutus igne, & mater eius marceſcẽs, ſicut loquutus fuerat dominus de eis. Et in tem

D pore eo Phinees reclinauit ſe ut moreretur, & dixit ad eum dominus: Ecce tranſiſti CXX. annos, qui conſtituti erant omni homini, & nunc exurge, & uade hinc, & habita in Danaben in mõte, & inhabita ibi annis plurimis. Et mandabo ego aquilæ meæ, & nutriet te ibi, & nõ deſcendes ad homines iam, quouſque ſuperueniat tempus, & proberis in tempore, & tu claudas cœlum tunc, & in ore tuo aperietur, & poſtea eleuaberis in locũ ubi eleuati ſunt priores tui, & eris ibi quouſq; memorabor ſeculi, & tunc adducam uos, & guſtabitis quod eſt mortis. Et aſcẽdit Phinees, & fecit omnia quæ præcepit ei dominus. In diebus autem quibus conſtituit eum in ſacerdotem, unxit eum in Selon. Nam in illo tempore cũ aſcenderet, tunc factum eſt, ut filij Iſraël facientes Paſcha, præceperint filijs Beniamin, dicẽtes: Aſcendite, & expugnate uobis mulieres, quoniam non poterimus uobis dare filias noſtras. Iurauimus enim in tempore iræ noſtræ, & nõ fiat ut deleatur una tribus de Iſraël. Et aſcenderũt filij Beniamin, & rapuerunt ſibi mulieres, & ædificauerunt ſibi Gabaon, & cœperunt inhabitare ibi. Et quieſcentibus interim filijs Iſraël, dux non erat eis in diebus illis, & unuſquiſque faciebat quod placitum erat ante oculos eius. Hæc ſunt mãdata, & iuſtitiæ, & teſtimonia, & manifeſtationes factæ in diebus Iudicum Iſraël, antequam regnaret in eis rex, & in tempore illo cœperunt filij Iſraël requirere à domino, & dixerũt: Sortiamur omnes nos, ut uideamus qui ſit qui poſſit principari nobis ſicut Cenez: forſitan enim inueniemus hominẽ, qui liberet nos de preſſura noſtra, quia inconueniens eſt, populum eſſe ſine principe. Et miſerũt ſortem, & nullo inuento triſtati ſunt populi ualde, & dixerunt: Non fuit dignus populus exaudiri de domino, quia non reſpondit nobis. Et nunc ſortiamur uel per tribus, ſi uel per multitudinem reconcilietur deus: Sciemus enim quia reconciliabitur dignis ſuis. Et miſerunt per tribus, & in nulla tribu exiuit ſors.

A ſors. Et dixit Iſraël: Eligamus nobis ex ipſis poſiti in neceſſitate: Sciemus enim quoniam abominauit deus populum ſuum, & exhorruit nos anima eius. Et re ſpondit quidam nomine Nethez, & dixit populo: Non ipſe nos odio habet, ſed ipſi nos exoſos fecimus, ut relinqueret nos deus. Et ideo etiam morientes non relinquamus eum, ſed ad eum fugiamus, qui ambulantes in uijs noſtris iniquis, non ſciuimus eum qui creauit nos, & propterea erit noſter cogitatus inuano. Scio enim quia non in fine nos abijciet deus, neq; in generatione odie tur populum ſuũ, & ideo uirtutificamini, & adhuc oremus, & mittamus ſortẽ per ciuitates, ſi enim peccata noſtra amplificata ſunt, ſed longanimitas eius nõ deficiet. Et miſerunt ſortes per ciuitates, & ſortitus eſt Armathem. Et dixit po pulus: Si iuſtificata eſt Armathem præ omnibus ciuitatibus Iſraël, quoniam ſic eam elegit ſuper omnes ciuitates? Et dixit unuſquiſque ad proximũ ſuũ: In ipſa ciuitate, quæ exiuit per ſortem, per uiros mittamus ſortem, & uideamus quem ex ea elegit dominus. Et miſerunt per uiros, & neminem comprehendit præ ter Elchanan: Quia in eo ſuperuolauit ſors, accepit populus eum, & dixerunt: Veni, & eſto nobis dux. Et dixit Elchana ad populum: ego non poſſum dux *Elchana.*
eſſe ſuper populum iſtum, nec exiſtimare quis poſſit eſſe uobis in ducem. Sed ſi peccata mea comprehenderu.. t me, ut ſuperuolaret ſuper me ſors, ego me in terficiam, ut non me contaminetis: Iuſtum eſt enim me pro peccatis meis tan tummodo mori, quàm ſuſtinere pondus populi. Et uidens populus quod, nõ eſſet uoluntas Elchana ut ducatum ageret ſuper eum, orauit iterum ad domi num, dicens: Domine deus Iſraël, quare in uictoria inimicorũ dereliquiſti po pulum tuum, & in tempore anguſtiæ neglexiſti hæreditatem tuã? Ecce & ipſe
B qui comprehenſus eſt in ſorte, nõ perfecit mandata tua, ſed ſolũ hoc eſt quod ſuperuolauit ſuper illũ ſors, & putauimus nos habere ducem. Et ecce etiã ipſe factus eſt in ſorte, ſi non repugnaret. Quem adhuc poſtulabimus, aut ad quem fugiemus, et ubi eſt locus requietionis noſtræ? Si enim ueræ ſunt diſpoſitiones quas diſpoſuiſti patribus noſtris, dicens: ſemen ueſtrum amplificabo, & hoc ſcient, tunc profuerat nobis dicere, abſcido ueſtrum ſemen, quàm negligas radicem noſtram. Et dixit ad eos deus: Si redderem ſecundũ mala ueſtra, opor tuerat me nec intendere ad genus ueſtrum. Et quid faciam, quoniam ueniet nomen meum ut inuocetur in uos. Et nunc ſcitote, quia Elchana ſuper quem cecidit ſors, non poteſt principari in uobis, ſed magis filius eius qui naſcetur ex eo, ipſe principabitur in uobis, & prophetabit, & ex hoc non deficiet ex uo bis princeps plurimis annis uſq; ad annos multos. Et dixit populus: Ecce do mine decem filios habet Elchana, & qui eorum principabitur aut prophetabit? Et dixit deus: Nullus de filijs Phenennæ poterit principari populo, ſed natus de ſterili quam dedi ei in uxorem, ipſe erit Propheta in conſpectu meo, & dili gam eum quemadmodum dilexi Iſaac, & erit nomẽ eius in cõſpectu meo ſem per. Et dixit populus: Ecce nunc forſitan memor fuit noſtri deus, ut liberet nos de manu odientium. Et in illa die fecerunt ſacrificia pacifica, & epulati ſunt in diſpoſitionibus ſuis. Et cum eſſent Elchanæ duæ mulieres, nomẽ uni Anna, & nomen alteræ Phenenna. Et quia Phenennæ erant filij, & Annæ non erant, improperauit ei Phenenna dicens: Quid tibi prodeſt quod te diligit Elchana uir tuus, tu uero es lignũ ſiccum? Et ego ſcio quia dilecturus eſt me, delectatus in conſpectu filiorum meorum, aſtantium in circuitu eius, tanquam plantatio oliueti. Et ſic cum quotidie improperaret ei, & Anna contriſtaretur ualde, & eſſet timens deum à iuuentute ſua, factum eſt ut ſuperueniente die bono

C paſchæ, cũ aſcenderet uir eius ut ſacrificaret, inſultat Phenenna Annæ dicens: Non eſt dilectus mulieris, ſi diligat eã uir eius, aut pulchritudinẽ illius. Ne glorietur in ſpecie ſua Anna; ſed qui gloriatur, glorietur cũ uidet ſemen ſuũ ante conſpectũ ſuum, & quando inter mulieres non ita fuerit fructus uentris eius, inuanum fiet dilectio. Quid enim profuit Rachel, quod dilexit eam Iacob? & niſi datus fuiſſet ei fructus uentris illius inuanum fuerat dilectio eius. Et cum audiſſet hæc Anna, diſſoluta eſt anima eius, & cõfuſa eſt lachrymis. Et uidit eã uir eius, & dixit: Quare triſtis es, & quare non es, & ut quid concidit cor tuum in te? Nõnne meliores ſunt mores tui ſuper decẽ filios Phenennæ? Et audiuit eum Anna, & ſurrexit poſtea quàm comedit, & uenit in Silon in domum domini, ubi Heli ſacerdos ſedebat, quem propoſuerat Phinees filius Eleazari ſacerdotis, ſicut præceptum ei fuerat. Et orauit Anna, & dixit: Nõnne tu domine inſpeculatus es cor omnium generationum antequam plaſmares ſeculum? Quæ autem metra aperta naſcitur, aut quæ cluſa moritur, niſi uolueris? Et nũc aſcendat oratio mea in conſpectu tuo hodie, ne deſcendã inde uacua: quoniã tu ſcis cor meum, quomodo ambulaui in cõſpectu tuo ex die iuuentutis meæ.

*Clara uoce orantes.* Et noluit Anna orare clara uoce, ſicut omnes homines. Tunc enim cogitauit dicens: Ne forte non ſim digna exaudiri, & erit ut plus me zelans improperet mihi Phenenna, ſicut quotidie dicit: ubi eſt deus tuus in quo confidis? Et ego ſcio, quia non quæ in filijs multiplicatur ditata eſt, quæq; minorata eſt eguit, ſed quæ abundat, ditata eſt & in uoluntate dei. Nam qui ſcierint quod oraui, ſi cognouerint quod non exaudior in oratione mea, blaſphemabunt: Et non ſoli mihi erit teſtis in anima mea, quia miniſtræ ſunt orationum mearũ lachrymæ meæ. *Lachrymæ miniſtræ ſunt orationum.*

D Et dum oraret, uidens eam Heli ſacerdos quoniam anxiaretur ſenſu, & uelut ebria ageret, dixit ad illam: Vade, & aufer uinum tuum a te: Et illa dixit: Si ſiti in me exaudita eſt oratio mea, ut ebria audiam. Ego autem ebria ſum dolore, & calicem bibi fletus mei. Et dixit ad eam Heli ſacerdos: Renuntia mihi improperium tuum. Et illa dixit ad eum: Mulier ſum Elchana, & quoniam concludens concluſit deus metram meam, oraui in conſpectu eius, ut non eam ad eum ſine fructu de ſeculo hoc, & non moriar non habens imaginem meam. Et dixit ad eam Heli ſacerdos: Ambula, quoniam ſcis pro quibus oraueris, exaudita eſt oratio tua. Noluit autem ei dicere Heli ſacerdos quis prænumeratus eſt ex ea Propheta: Ipſe enim audiuit, cum dixit dominus pro eo. Et uenit Anna in domum ſuam, & mitificata eſt à dolore ſuo, nulli renuntians hoc quod oraſſet. Et in tempore dierum illorum concipiens peperit filium, & uocauit nomen eius Samuel, quod interpretatur fortis, ſecundum quod uocauit deus nomen illius cum prophetaret eum. *Samuel filius Annæ.* Et ſedit Anna, & lactauit infantem, quouſque fieret duorum annorum. Et cum abstuliſſet eum de lacte, aſcendit cum eo leuans munera in manibus ſuis, & erat puer ſpecioſus ualde, & dominus erat cum eo. Et ſtatuit Anna puerum ante conſpectum Heli, & dixit ad eum: Hoc eſt deſiderium quod deſideraui, & hæc eſt petitio quam petiui. Et dixit ad eam Heli: Non tu ſola petiſti, ſed populus orauit pro hoc. Non eſt petitio tuæ ſolius, ſed in tribus antea promiſſum erat, & per hunc iuſtificata eſt metra tua, ut ſtatuas prophetiã populis, & lac mamillarum tuarum conſtituas in fontem duodecim tribuum. Et audiens hæc orauit Anna, & dixit: Venite in uoce mea omnes gentes, & intendite alloquutioni meæ omnia regna: quoniam apertum eſt mihi os ut loquar, & labijs præceptum eſt ut hymnizem domino, ſtillate mamillæ meæ, & renuntiate teſtimonia ueſtra,

A nia ueſtra, quia præceptum eſt uobis lactare. Statuetur enim qui lactatur de uobis, & populus illuminabitur, aceruus eius & gentibus oſtendet terminos, & exaltabit cornu eius ualde. Et ideo loquar aperte uerba mea, quoniã ex me exurget conſtitutio domini, & omnes homines inuenient ueritatem. Nolite feſtinare magna eloqui, nec eijcere de ore ueſtro uerba alta, ſed delectamini in gloriationem, dum em̃ exiet lumẽ ex quo naſcetur ſapientia, ut nõ qui poſſident plurima, dicantur diuites, ſed quæ pepererunt in abundantia matres, audient: ſterilis enim ſaturata eſt, quæ autẽ multiplicata fuerat in filijs, euacuata eſt, quia dominus mortificat in iudicio, & uiuificat in miſericordia: quoniam iniqui ſunt in hoc ſeculo, uiuificat iuſtos cum uult, iniquos autem concludet in tenebris. Nam iuſtis conſeruat lumen ſuum, & cum mortui fuerint iniqui, tunc peribunt, & cum dormierint iuſti, tunc liberabuntur. Sic autem omne iudicium permanet, quouſque reueletur qui tenet. Dicito, dicito Anna, & noli tacere, hymniza filia Batuel, in mirabilibus tuis quæ fecit deus tecum. Quæ eſt Anna, quoniam ex ea Propheta eſt? Aut quæ eſt filia Batuel, ut pareret lumen populis? Exurge & tu Elchana, & præcinge lumbos tuos, hymniza ſuper ſigna domini, quoniam pro filio tuo prophetauit Aſaph in eremo, dicens: Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel inter eos: Ecce perfectũ eſt uerbum, & conuenit prophetia. Et hæc ſi manet quouſque dent cornu Chriſto ſuo, & ad hæſit potentia thronis regis eius. Stet aũt filius meus hic miniſtrans, quouſq; fiat lumen genti huic. Et abierunt inde, & profecti ſunt cum iucunditate, gaudẽtes & exultantes corde, in omnẽ gloriam quam fecit cum eis deus. Populus autem deſcendit unanimiter in Silon cum tympanis & choris, cyneris & nablis, & uenerunt ad Heli ſacerdotem, offerentes ei Samuel. Quẽ ſta-
B tuerunt ante conſpectum domini, unxerunt eum, & dixerunt: Viuat propheta in plebe, & in longo tempore ſit lumen genti huic. Samuel autem erat infans ualde, & nihil horum ſciebat. Et cum deſeruiret in conſpectu domini, & duo filij Heli ambulantes in uijs patrum ſuorum, cœperũt iniqua agere ad plebem, multiplicantes iniquitates ſuas. Et erant cõmorantes iuxta domum Bethac, & cum cõuenirent populi ſacrificare, ueniebant Ophni & Phinees, & ad iracundiam prouocabant populũ, rapientes ſanctificata, antequam offerrẽtur ſancta domino. Et non placuit uerbum hoc domino, neq; populo, neq; patri eorum. Et ſic dixit pater eorũ ad eos: Quæ eſt auditio hæc, quam ego audio de uobis? Aut non ſcitis quoniã depoſitum de Phinees locũ accepi? Et ſi exteramus acceptum, quid dicimus ſi iterum inquirat qui depoſuit eũ, & pro eo quod depoſuit nocuerit nos? Et nũc dirigite uias ueſtras, & ambulate in uijs bonis, & permanebunt actus ueſtri. Si autẽ contra dixeritis, & adinuentiones ueſtras peſſimas non continueritis, uos ipſos perditis, & erit inuanum ſacerdotium, & in nihilum deputabitur quod ſanctificatum eſt, & tunc dicent: inuano orta eſt uirga Aaron, aut in nihilum deſcendit natus flos illius. Et ideo cũ poteſtis adhuc, filij corrigite quod peccaſtis, & orabunt pro uobis uiri in quo peccaſtis: Si autẽ nolueritis, & permanſeritis in iniquitatibus ueſtris, ego immunis ero, & non tantummodo delebo, ne forſitan audiã diẽ mortis ueſtræ antequã moriar, ſed & ſi hoc factũ fuerit, uocabo culpã, & quamuis cõtriſter ego, uos tamen peribitis. Et non obaudierũt filij eius, quoniam dominus de eis dederat ſententiã ut morerent, propter quod peccauerãt. Nam cũ dixiſſet eis: pœnitemini de uia ueſtra iniqua: Illi dicebãt: quando ſenuerimus, tunc pœnitebimus. Et ꝑpter hoc admonitis à patre ſuo non datum eſt ut pœniterẽtur, quia aduerſantes ſemper

C fuerant,& iniuſte egerant ualde,diripientes Iſraël.Indignatus eſt dñs ad Heli. Et Samuel erat deſeruiens in conſpectu dñi,neſciens adhuc quid eſſet eloquia dñi:Nec dum eñ audierat eloquia dñi,erat eñ annorũ octo. Et cũ memoraret deus Iſraël,uoluit reuelare Samueli ſermones ſuos, & Samuel erat dormiẽs in templo dñi.Et factũ eſt cũ clamaret deus ad eum,cogitauit primo,dicens:Ecce nunc Samuel iuuenis ut ſit dilectus in conſpectu meo,tamen quia adhuc uocẽ dñi non audierit,neq; loquutionẽ altiſſimi non eſt ſolidatus, tamen ſimilis eſt Moyſi famulo meo octogenario.Loquutus ſum Samuel octo annorum eſt, & Moyſes uidit ignẽ in primis,& expauit cor eius. Et ſi uiderit ignẽ Samuel modo,quemadmodũ ſuſtinebit? Et ideo nunc erit uox ad eum tanq; hominis, & non tanquã dei,& cũ intellexerit, tunc loquar ad eum tanquã deus. Et in media nocte uocauit eum uox de cœlo,& expergefactus Samuel,cognouit uelut uocẽ ſacerdotis Heli,& cucurrit ad eum, &dixit dicens:Quare me excitaſti pater? Ego enim timui, quoniam nunquam me clamaueras noctu.Et dixit Heli: heu me,nunquid ſpiritus immundus ſeduxit filium meũ Samuel? Et dixit ad eum:Vade dormi,ego enim nõ clamaui tibi.Tamẽ hoc mihi dic,ſi memor es, quoties qui uocauit te clamauit? Et ille dixit:Bis. Et dixit ad eum Heli: Dicito cui⁹ uocẽ cognouiſti fili mi? Qui dixit: Tuã, ꝓpterea cucurri ad te.In te uideo hoc ſignum quod habebunt homines ab hodierna die,& uſq; in ſeculũ, quoniam ſi clamauerit bis,alter ad alterum per noctem uel in meridie, ſcient quoniam *ſpiritus peſſimus eſt.Si autẽ adijciat ter clamare, ſciam quia angelus eſt.* Et abijt Samuel,& dormiuit, & audiuit ſecundo uocem de cœlo, & exurgens *cucurrit ad Heli,& dixit ad eum: Quid me clamauit*, quoniam audiui uocem patris mei Elchanæ? Et tunc intellexit Heli, quod inciperet deus uocare eum. Dixit enim Heli: In duabus uocibus quibus clamauit ad te deus, aſſimilatus eſt patri,& magiſtro,nunc autẽ tertio deo.Et dixit ad eum:Aure tua dextra intende,ſiniſtra tace.Phinees enim ſacerdos præcepit nobis dicens: auris dextra audit dominum per noctem,ſiniſtra autem angelũ. Et ideo ſi in dextra audieris,dicito:dic quid uis,quoniam audio, tu enim me plaſmaſti. Si aũt in ſiniſtra audieris,ueni & annuntia mihi. Et abijt Samuel,& dormiuit ſicut præceperat ei Heli. Et adiecit dominus tertio loqui,& repleta eſt Samueli dextra auris.Et ut ſciuit quoniã patris ſui eloquutio deſcenderat, conuerſus Samuel in alio latere,dixit:ſi poſſibilis ſum, loquere, quoniam tu plus de me noſti. Et dixit ad eum deus: Illuminans illuminaui domum Iſraël in Aegyptum, & elegi tunc mihi Prophetã Moyſen famulum meũ,& feci per eum prodigia populo meo, & uindicaui de inimicis meis,ſicuti uolebam, & adduxi populum meũ in eremum,& illuminaui eos ſicuti uiderunt. Et cum exurrexiſſet tribus contra tribum,dicentes: quare ſacerdotes ſoli ſancti ſunt? ego nolui diſperdere eos,& dixi ad eos:Date unuſquiſq; uirgam ſuam,& erit cuius uirga floruit, ipſum elegi in ſacerdotium.Et cum omnes dediſſent uirgas ſicut præceperam, tunc præcepi tertiæ tabernaculi,ut floreret uirga Aaron,ut manifeſtaret genus eius omnibus diebus.Et nunc qui floruerunt abominauerũt ſancta mea.Propterea ecce dies ueniẽt,& compeſcã flos quod tunc natũ fuerat, & obuiabo eis,quia tranſgrediuntur uerbum quod mandaui Moyſi famulo meo,dicens: Si obuiaueris nidum,nõ accipies matrẽ cum filijs,ideo cõtinget eis ut matres cum filijs moriantur,& patres cum filijs pereãt. Et cũ audiuit Samuel uerba hæc,diſſolutũ eſt cor eius,& dixit: Si ſic obuiauerit iuuentuti meæ,ut prophetizem à perditione nutritoris mei,& nunc quomodo datus ſum in petitione matri meæ? Et qs me ſuſcepit

*Ter uocare aliquem.*

D

*Dextra aure audire deum.*

*Deut. 22*

A ſuſcepit? Quomodo me præcepit ut euangelizē mala? Et exurrexit Samuel mane, & noluit renuntiare Heli. Et dixit Heli ad eum: Audi nunc fili, ecce deus anteq̃ naſcereris ꝓmiſit in Iſraël, ut mitteret te eis, et prophetares. Et tunc adueniente matre tua & orante, quia ignorabat quod factū fuerat, dixi ad eam: Proficiſcere, quia quod naſcetur ex te filius erit mihi. Sic dixi matri tuæ, & ſic direxit dñs uiam tuā. Et ſi caſtiges nutritorē tuum, uiuit dñs, ne abſconderis à me quæ audiſti. Tunc timuit Samuel, & renuntiauit ei omnia uerba quæ audiuit. Et ille dixit: Si reſpondebit plaſma ei qui eum plaſmauit, ita ut non potero reſpondere cū uoluerit afferre quæ tradidit fidelis dator ſanctus qui prophetauit: Ego em̄ ſub poteſtate eius ſum. Et illis diebus Allophili collegerunt caſtra ſua, ut expugnarent Iſraël, & exierunt filij Iſraël pugnare cum eis: Et perſecutionem paſſi populus Iſraël in congreſſu primo, dixerunt: Leuemus arcam teſtamenti dñi, & forſitan pugnat nobiſcū, quoniā in ea ſunt teſtimonia dñi, quæ diſpoſuit patribus noſtris in Oreb. Et aſcendēs arca cum eis, cum adueniſſet in caſtra, intonuit dñs, & dixit: Erit ſimilitudo horæ huius, ſicuti facta eſt in eremo, quādo acceperūt arcam ſine præcepto meo, & factum eſt eis exitium: Sic & in iſta hora cadet populus, et arca capietur, ut finiā inimicos populi mei propter arcā, & corripiā plebes meas propter quod peccauerūt. Et cum ueniſſet arca in pugnā, exierunt Allophili in obuiā filijs Iſraël, & percuſſerunt eos: Et erat ibi Golia quidā Allophilus, & uenit uſq; ad arcā, & tenebat arcam Ophni & Phinees filij Heli, & Saul filius Cis. Et apprehendēs Golia de manu ſua ſiniſtra interfecit Ophni & Phinees. Saul aūt quia leuis pedibus erat, fugit à facie eius, & diſrūpens ueſtimēta ſua, impoſuit cinerē in caput ſuū: Et uenit ad Heli ſacerdotē,

B & dixit ad eum Heli: Renuntia mihi quid euenit in caſtris? Et dixit ad eū Saul: Quid me interrogas hæc? quia populus oppreſſus eſt, & deus recepit Iſraël. Sed & ſacerdotes interfecti ſunt in romphæa, & arca tradita eſt Allophilis. Sed cum audiſſet Heli de captiuitate arcæ, dixit: Ecce de filijs meis, & de me prophetauit Samuel, ut moriamur ſimul, arcā aūt tunc nō nominauit mihi. Et nunc tradita ſunt teſtimonia inimicis, qd adhuc poſſum dicere? Ecce perit Iſraël de ueritate, eō ꝙ ablatæ ſunt iuſtitiæ ab eo. Et cum deſperaſſet Heli ualde, cecidit de ſella, & mortui ſunt in die una Heli, & Ophni & Phinees, filij eius. Et mulier Heli ſedebat pariens, quæ audiuit hæc, reſoluta ſunt omnia uiſcera eius. Et dixit ad eā obſtetrix: Reſume, & nō diſſoluatur anima tua, quoniā natus eſt tibi filius. Et dixit ad eā mulier: Ecce nūc una anima nata eſt, & quatuor morimur, id eſt, pater, & duo filij, & nurus eius. Et uocauit nomen eius, ubi eſt gloria, dicens: Perijt gloria dei in Iſraël, quoniam captiuata eſt arca dñi. Et cum dixiſſet hæc, amiſit animā. Samuel aūt in his omnibus neſciebat, quoniā ante triduū pugnæ miſerat eū deus, dicens ad illum: Vade, & inſpice locū Aromathæ, ubi erit habitatio tua. Et audiēs Samuel quæ contigerāt Iſraël, uenit, & orauit dñm dicens: Ecce nunc in uano ignoratur mihi intellectus, ut uiderē exercitū populi mei. Et nunc timeo, ne forte dies mei in malis ueteraſcant, & anni mei finiantur in dolore: Vbi enim arca domini non eſt mecū, quid adhuc mihi uiuere? Et dixit dominus ad eum: Noli triſtis eſſe Samuel, quia ablata eſt arca, reducam eam, & qui abſtulerunt eam euertam, & uindicabo plebem meam de inimicis meis. Et dixit Samuel: Ecce etiamſi uindicas ſecundum longanimitatem tuā, nos tamen qui nunc morimur quid faciemus? Et dixit ad eū deus: Anteq̃ moriaris uidebis conſummationem, quam adducam ſuper inimicos meos, in quibus perient Allophili extincti in ſcorpionibus, & omnibus reptilibus peſſimis.

C ſimis. Et cum captiuatã arcam domini Allophili poſuiſſent in templum Da-
gon dei ſui. Et cum ueniſſent interrogare Dagon de exitu ſuo, inuenerunt
eum cecidiſſe in faciem, & manus eius ac pedes ante arcam poſitos: Et exierũt
in primo mane crucifigentes ſacerdotes eius. Et alia die uenientes, inuenerunt
ſicut heſterna die, & multiplicabatur perditio in eis ualde. Congregati ſunt Al
lophili in Acharon, & dixerunt ſinguli ad proximum ſuum: Ecce nunc uide-
mus, quoniam perditio amplificata eſt in nobis, & periet fructus uentris no-
ſtri, quoniã repentia quæ miſſa ſunt in nos, exterminabunt in utero habentes
ſiue ſugentes, & eas quæ lactant, & dixerunt: Videamus propter quid manus
domini conualuit ſuper nos, nunquid pro arca, quoniam inuenitur quotidie
deus noſter cadens in faciem ante conſpectũ arcæ, & ſacerdotes in uanum per
didimus, ſemel & iterũ. Et dixerunt ſapientes Allophilorũ: Ecce nunc de hoc
ſcire poſſumus, ſi dominus miſit in nos perditionẽ propter arcam ſuam, aut cõ
ueniens dominatio ſuperuenit nobis: Et nunc quia moriũtur omnes pregnan
tes & lactentes, & quæ lactant ſine filijs efficientur, & qui lactẽtur pereunt, ac-
cipiemus & nos uaccas quæ lactant, & iungamus in currum nouum, & arcam
ponamus in eo, & filios uaccarum includamus: Et erit ſi uaccæ proficiſcendo
profectæ fuerint, ita ut non ſe conuertant ad filios ſuos, ſciemus quoniam pro-
pter arcam hæc paſſi ſumus: Si autẽ noluerint proficiſci, deſiderantes filios ſu-
os, ſciemus quoniam tempus ruinæ uenit nobis. Et reſponderunt quidam de
*ſapientibus & diuinis:* Non *hoc tantum tempus*, ſed *initio trium uiarum* quæ
ſunt circa Acharon ponamus uaccas. Media enim uia dirigite Acharon, & de-
xtera in Iudæã: Et ſi ſiniſtram uiam proficiſcentes in Iudæam, ſciemus quoniã
D uere deus Iudæorũ exterminabit nos. Si autem per illas alias proficiſcantur, ſci
emus quoniã ualidũ nobis tempus accidit, ut nunc deos noſtros negauimus.
Et acceperunt Allophili uaccas quæ lactabant, & iunxerunt in currum nouũ,
& arcam impoſuerunt in eo, & ſtatuerunt in initio trium uiarũ, & filios earum
incluſerunt apud ſe. Vaccæ autem quamuis mugirent, & quærerent filios ſuos,
tamen proficiſcebãtur in dexterã uiam, quæ dirigit in Iudæã. Et tunc ſcierunt,
quoniã pro arca exterminabantur, & congregati ſunt omnes Allophili, & re-
duxerunt arcam in Silon, cum tympanis, & tibijs, & choris: Et pro repentibus
peſſimis quæ exterminauerunt eos, fecerunt ſedilia aurea, & ſanctificauerunt
arcã: Et factum eſt in ea exterminatio Allophilorũ, numerus earũ quæ in ute-
ro habentes mortuæ ſunt LXXXV M. & lactentes LXV M. & earũ quæ la-
ctabant LV M. & uirorum XXV M. Et quieuit terra ſeptẽ annis. Et in tem
pore illo concupierũt filij Iſraël, petentes regẽ: Et congregati ſunt ad Samuel,
& dixerunt: Ecce nunc tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in uijs domini, &
nunc conſtitue ſuper nos regem qui nos dijudicet, quoniã completũ eſt uerbũ
quod dixit Moyſes patribus noſtris in eremo, dicens: Conſtituẽdo cõſtitue de
fratribus tuis ſuper nos principẽ. Et cum audiſſet Samuel uerba regni, cõtriſta-
tus eſt ualde in corde ſuo, & dixit: Ecce nunc uideo, quoniã nõ eſt adhuc tẽpus
regnandi nobis in ſempiterno, & ædificare domũ dñi dei noſtri, petentibus re
gem ante tẽpus. Quod ſi totũ uoluerit dñs, uidetur mihi quoniã rex nõ diſpo-
nitur. Et dixit ad eũ dñs noctu: Noli contriſtari: mittã eñ regẽ illis qui eos ex-
terminabit, & ipſe poſtea exterminabitr. Qui aũt uẽturus eſt ad te craſtino die,
hora ſexta, ipſe eſt qui regnaturus eſt ſuper eos. Et alia die Saul filius Cis uenie
bat de mõte Effrem, quærens aſinos patris ſui. Et dum ueniret in Armathen, in
greſſus eſt, ut interrogaret Samuel pro aſinis. Ille aũt ambulabat iuxta Baam, et

*Dagon Allophilorũ deus.*

A dixit ad eũ Saul: Vbi eſt qui uidet? Quoniã in illo tempore Propheta uocabat̃ *Videns Propheta.*
Videns. Et dixit ad eum Samuel: Reſume te mecũ hodie, et renuntiabo tibi ma
ne, propter quod ueniſti interrogare. Et dixit ad dominũ Samuel: Dirige domi
ne populum tuũ, & annuntia mihi quæ cogitaſti de eo. Et reſumpſit Saul cum
Samuel in illa die, & ſurrexit mane, & dixit ad eum Samuel: Ecce ſcias, quoniã
elegit te dominus in principẽ populo ſuo in tempore hoc, & erexerit uias tu-
as, dirigetur tempus tuum. Et dixit Saul ad Samuel: Quis ſum ego, & quæ eſt
domus patris mei, ut dicat dominus meus ad me uerbum iſtud? Non enim in-
telligo quæ dicis, quoniam iuuenis ſum. Et dixit Samuel ad Saul: Quis dabit
uerbum tuum per ſe uenire uſque ad finem ut longæuus ſis? Tamen intende,
quia aſſimilabuntur uerba tua uerbis Prophetæ, cui nomen erit Hieremias.
Et abeunte Saule, in illa die uenerunt populi ad Samuel, dicentes: Da nobis
regem, ſicut promiſiſti nobis. Et dixit ad eos: Ecce rex uobis ueniet poſt tridu-
um: Et ecce Saul uenit, & obuiauerunt ei omnia ſigna, quæ dixerat ei Samuel:
Nonne hæc ſcripta ſunt in libro Regum? Et miſit Samuel, & congregauit
omnem populũ, & dixit ad eos: Ecce uos, & rex ueſter: Ego autem in medio
ueſtri ſum, ſicut præceperat mihi deus. Et ideo dico uobis ante conſpectum re-
gis ueſtri, ſicut dominus meus Moyſes, famulus dei, dixit patribus ueſtris in
eremo, quando ſynagoge Coræ ſurrexit aduerſus eum: Scitis quia non accepi
ihil de uobis, nec nocui aliquem ueſtrum, & quoniam mentiti ſunt tunc, & di-
xerunt: accepiſti, deglutiuit illos terra. Et nunc uos impuniti à domino, re-
ſpondete in conſpectu domini, & in conſpectu Chriſti eius, ſi pro hoc petiſtis
regem, eò quod ego male tractauerim uos, & dominus erit teſtis uobis. Si autẽ
B iam uerbum domini completum eſt, ego excuſatus ſum, & domus patris mei.
Et reſponderunt populi: Nos ſerui tui ſumus, & rex noſter nobiſcũ, quia nos
indigni ſumus iudicari à Propheta: Nunc ſtatue ſuper nos regem, qui nos iu-
dicet. Et omnes plorauerunt populi, & rex planctu magno, & dixerunt: Viuat
propheta Samuel. Et conſtituente rege, attulerunt ſacrificia domino. Et poſt
pugnauit Saul cum Allophilis uno anno pugna expedientiſſima. Et in tempo
re illo dixit dominus ad Samuel: Vade, & dic ad Saul: Miſſus es ut diſperdas
Amalech, ut compleantur uerba quæ locutus eſt Moyſes famulus meus, di-
cens: Diſperdam nomen Amalech de terra qua locutus ſum zelo meo. Et ne
obliuiſcaris quin perdas omnem animam ex eis, ſicut præceptum eſt tibi. Et
abijt Saul, & expugnauit Amalech, & uiuificauit Agag, regem Amalech,
quoniam dixerat ei: Oſtendam tibi theſauros abſconſos. Et propter hoc par-
cens ei uiuificauit eum, & adduxit eum in Armathen. Et dixit deus ad Samu-
el: Vidiſti quomodo in momento corruptus eſt rex argento, & uiuificauit re-
gem Amalech, & mulierem eius? Et nunc permitte ei, ut conueniat Agag mu
lierem ſuam in nocte hac, & ipſum interficies in craſtinum: Nam mulierem
eius conſuluerunt quouſq; pariat maſculum, & tunc etiã ipſa morietur: & qui
natus fuerit ex ea, fiet in ſcandalum Sauli. Tu autẽ exurge craſtino, interficias
Agag: quia peccatũ Saul ſcribitur in cõſpectu meo per omnes dies. Et cum ſur
rexiſſet Samuel in craſtinũ, exiuit Saul obuiã ei, & dixit ad eum: Tradidit dñs
inimicos noſtros in manus noſtras, ſicut locutus eſt. Et dixit ad Saul Samuel:
Quẽ nocuit Iſraël, quoniã anteq̃ ueniret tempus ut regnaret rex ſuper eum,
poſtulauit te ſibi in regem, & tu miſſus ut faceres uoluntatem domini, tranſ-
greſſus es, & ideo qui per te uiuificatus eſt morietur nunc, & quos dixit the-
ſauros abſconſos, non oſtendet tibi, & qui naſcetur ab eo, erit tibi in ſcandalũ.

Et uenit

C Et uenit Samuel ad Agag, habens gladiũ interfecit eum, & reuerſus eſt in do-
mum ſuam. Et dixit dominus ad eum: Vade, unge quem tibi dixero, quoniam
completum eſt tempus, in quo aduenerit regnum eius. Et dixit Samuel: Ecce
nunc delebis regnũ Saul? Et dixit: Deleo. Et profectus eſt Samuel in Bethel,
& ſanctificauit presbyteros, & Ieſſe, & filios eius. Et uenit Eliab primogeni-
tus Ieſſe, & dixit Samuel: Ecce nunc ſanctus Chriſtus domini. Et dixit ad eum
dominus: Vbi eſt uiſio tua? quam uidit cor tuũ? Nónne tu es qui dixiſti Saul:
Ego ſum qui uideo? Et quare neſcis quem uncturus es? Et nunc ſufficit tibi ex
probratio, & require paſtorẽ omniũ minimũ, & hunc unge. Et dixit Samuel:
Audi Ieſſe, mitte adhuc filium tuum de grege, quoniam eum elegit deus. Et
miſit Ieſſe, & adduxit Dauid, & unxit eum Samuel in medio fratrũ ſuorum, &
erat dominus cum eo ex illo die. Tunc cœpit pſallere Dauid pſalmum hunc,
& dixit: In finibus terræ incipiam glorificari, & in dies ſeculi dicam hymnũ:
Abel *imprimis* quando paſcebat pecora, acceptabilius fuit ſacrificium eius, q̃
fratris illius: & zelans eum frater eius occidit eum: me autem non ſic, quia cu
ſtodiuit me deus: & quoniam angelis ſuis tradidit me, & cuſtodibus ſuis ut cu
ſtodiant me, quoniam fratres mei zelauerunt me, & pater meus, & mater mea
neglexerunt me, & cum ueniret Propheta, non clamauerunt ad me: & quãdo
nominatus eſt Chriſtus domini, obliti ſunt mei. Deus autẽ dextera ſua, & mi
ſericordia ſua appropinquauit mihi: propterea nõ ceſſabo hymnizare omnes
dies uitæ meæ. Et cum adhuc Dauid loqueretur, ecce leo amarus de ſylua, &
urſa de monte rapuerunt tauros Dauid, & dixit Dauid: Ecce hoc ſignum erit
mihi in fortiſſimũ initiũ uictoriæ meæ in pugna. Et exeo poſt eos, & liberabo
D quæ direpta ſunt, & occido eos. Et exiens Dauid poſt eos, accepit lapides de
ſylua, & occidit illos. Et dixit ad eum deus: Ecce in lapidibus tradidi in conſpe
ctu tuo feras iſtas. Erit autem tibi in ſignum hoc, quoniam lapidibus interfici-
es poſt inimicum populi mei. Et in tempore illo ablatus eſt ſpiritus domini à
Saule, & præfocabat eum ſpiritus peſſimus. Et miſit Saul, & adduxit Dauid, &
pſallebat in cithara pſalmum in nocte. Et hic pſalmus quem pſallebat in Sau-
lem, ut recederet ab eo ſpiritus iniquus. Tenebræ & ſilentium erant antequã
fieret ſeculum, & locutum eſt ſilentium, & apparuerunt tenebræ, & factum eſt
tunc nomen tuum in compaginatione extenſionis, quod appellatũ ſuperius
cœlum, inferius uocatum eſt terra. Et præceptum eſt ſuperiori, ut plueret ſecun
dum tempus eius: & inferiori præceptum eſt, ut crearet eſcam omnibus quæ fa
cta ſunt. Et poſt hæc facta eſt tribus ſpirituũ ueſtrorum: Et nunc moleſta eſſe
noli tanquam ſecunda creatura, ſi comminus memoraret artari in quo ambu-
las. Aut non audire tibi ſufficit, quoniam per ea quæ conſonant in conſpe-
ctu tuo multis pſallo? Aut immemor es, quoniam de reſultatione in chaoma
tonata eſt ueſtra creatura? Arguet autem tempora noua unde natus ſum, de
quo naſcitur poſt tempus de lateribus meis, qui uos donauit? Et cum hymni-
*Prima pugna* zaret Dauid, parcebat Saul ſpiritus. Et poſt hæc uenerunt Allophili pugnare
*Dauid.* ad Iſraël: Et Dauid reuerſus eſt in eremo ut paſceret oues, & obuiauerunt ei
Madianites, & uolebãt rapere oues eius, & deſcẽdit ad eos, & expugnauit eos,
& occidit de eis X V M uirorum. Hæc eſt prima pugna, quam pugnauit Da-
uid cum eſſet in eremo. Et exiuit uir de caſtris Allophilorum, nomine Golia,
& intendit in Saul & in Iſraël, & dixit: Nónne tu es Iſraël, qui fugiſti ante cõ-
ſpectum meum, quando abſtuli à uobis arcam, & interfeci ſacerdotes ueſtros,
et nunc regnans deſcendes tanquam uir & rex, & expugnabis nos? Si minus,
ego ueniam

A ego ueniam ad te, & captiuare te faciam, & populum tuum ſeruire dijs noſtris.
Et audiens hæc Saul & Iſraël, timuerunt ualde. Et dixit Allophilus, iuxta nu-
merum dierum in quibus epulatus eſt Iſraël, quando accipiebant legem in ere
mo, quadraginta diebus, ita ego improperabo eis, & poſt pugnabo cum illis.
Et factum, cum completi fuiſſent quadraginta dies, & ueniſſet Dauid uidere
pugnam fratrum ſuorum, audiuit uerba quæ locutus eſt Allophilus, & dixit: Si
hoc eſt tempus quod dixit deus ad me, tradam in manus tuas in lapidibus ini-
micum populi mei? Et audiuit Saul uerba hæc, & miſit, & accepit eum, & dixit:
Quis erat ſermo quem locutus eſt populo? Et dixit Dauid: Ne timeas rex, quo-
niam iam & expugnabo Allophilū, & auferet deus odia & obprobria ex Iſra-
el. Et profectus eſt Dauid, & accepit ſeptem lapides, & ſcripſit nomina patrum
ſuorum, Abraham, Iſaac, & Iacob, Moyſi, & Aaron, & ſuum, & fortiſſimi, & mi
ſit deus Ceruihel angelum præpoſitum ſuper uirtutem. Et profectus eſt Dauid *Ceruihel ange-*
ad Goliam, & dixit ei: Audi uerbum antequàm moriaris: Nónne ſorores erant *lus.*
duæ mulieres, unde natus es tu, & ego? Et erat mater tua Orpha, & mater mea
Ruht. Et elegit ſibi Orpha duos Allophilorum, & abijt poſt eos, Ruht autem
elegit ſibi uias fortiſſimi, & ambulauit in eis. Et nunc nati ſunt de Orpha tu, &
fratres tui, & quia exurgēs hodie ueniſti deuaſtare Iſraël, natus de cognatione
tua, ecce ueni & ego uindicare populum meum. Nam & tres fratres tui poſt
mortem tuam incident in manus meas, & tunc dicitis matri ueſtræ, non peper-
cit nobis qui natus eſt de ſorore tua. Et miſit Dauid in fundibulo lapidem, &
percuſſit Allophilum in fronte ſua, & cucurrit ſuper eum, & euaginauit rom-
phæam eius, & caput eius tulit ab eo. Et dixit ei Golia, dum adhuc eſſet in eo
anima eius: Feſtina, & interfice me, et exulta. Et dixit ei Dauid: Antequàm mo
B riaris aperi oculos tuos, & uide interfectorem tuum, qui te interfecit. Et reſpici-
ens Allophilus, uidit angelum, & dixit: Non ſolus occidiſti me, ſed qui tecum
aderat, cuius ſpecies non eſt ſicut ſpecies hominis. Et tunc Dauid abſtulit ca-
put eius ab eo. *Angelus autem domini erexit faciem Dauid, & nemo agnoſce-*
bat eum. Et uidens Saul Dauid, interrogauit eum quis eſſet, & non erat qui co
gnoſceret eum. Et poſt hæc zelauit Saul Dauid, & quærebat occidere eum. Da-
uid autem, & Ionathas filius Saul, diſpoſuerunt teſtamentum ſimul. Et ut uidit
Dauid quoniā quærebat eum Saul occidere, fugit in Armathen, & exiuit poſt
eum. Et manſit ſpiritus in Saul, & prophetauit, dicens: Quid ſeduceris Saul, aut
quem perſequeris inuanum? Completum eſt tempus regni tui. Perge in locū
tuum. Tu enim morieris, & Dauid regnabit. Nónne tu, & filius tuus ſimul mo
riemini? Et tunc apparebit Dauid regnum? Et abijt Saul, & non ſciuit quæ pro
phetauit. Dauid autē uenit ad Ionathan, & dixit ad eum: Veni, & diſponamus
teſtamentum antequàm ſeparemur ab inuicem: Saul enim pater tuus quærit in
terficere iniuſte. Et exquo cognouit quoniā diligis me, non renuntiat tibi quæ
cogitauerit de me. Propter hoc autem odit me, quoniam diligis me, & ne regnē
pro eo. Et cum ego reddiderim illi bona, ille retribuit mihi mala: & cum ego
Goliam occiderim in uerbo fortiſſimi, uide finem quem tribuit mihi, quia de-
terminauit domum patris mei, ut diſperderet eam. Atque utinam conſtituatur
in pondere iudicium ueritatis, ut audiant determinationem multitudo pruden
tium. Et nunc timeo, ne interficiat me, ne perdat pro me uitam ſuam, ſanguinē
enim iuſtum nunquam effundet. Quare anima mea perſecutionem patitur?
Minimus enim inter fratres meos fui paſcens oues, & quare morte periclitor?
Iuſtus enim ſum, & iniquitatem non habeo. Et quare pater tuus odit me? Sed

C iuſtitia patris mei adiuuet me, ut in manus patris tui non incidam. Et cum ſim iuuenis, & mollis dierum, inuano Saul inuidet mihi. Si nocuiſſem eum, rogarem ut donaret mihi peccata: quoniam ſi iniquitates deus donat, quanto magis pater tuus, qui eſt caro & ſanguis? Ambulaui in domo eius in toto corde, etiam quaſi leuis aquila prouectus ſum ante conſpectum eius. Poſui manus meas in lancea, & benedixi eum in hymnis, at ille cogitauit interficere me, & tanquam paſſer qui fugit ante faciem accipitris, ſic fugi ante faciem eius. Cui hæc dixi, aut cui annuntiaui quæ paſſus ſum, niſi tibi, & Melchol ſorori tuæ? Ambo enim nos in ueritate eamus inuicem. Et melius erat frater, ſi in pugna occiſus eſſem, quàm incidere in manus patris tui: fuerunt enim in pugna oculi mei ubique uidentes, ut cuſtodirem eum de inimicis eius. Frater meus Ionatha, audi uerba mea, & ſi eſt in me iniquitas, argue me. Et reſpondens Ionatha, dixit ad Dauid: Veni ad me frater meus Dauid, & dicam tibi iuſtitiam tuam. Tabeſcet anima mea in triſtitia tua ualde, quoniam ſeparamur modo ab inuicem. Et hoc coëgerunt peccata noſtra, ut ſeparemur ab inuicem, ſed memores ſimus dum uiuimus noctu & die inuicem: & ſi mors ſeparat nos, ſcio quia animæ noſtræ alterutrum ſe cognoſcent. Tuum eſt enim regnum in hoc ſeculo, & ex te erit initium regni, adueniens in tempore. Et nunc tanquam infans qui auferetur à lacte matris ſuæ, ſic erit ſeparatio noſtra. Teſtis eſto cœlum, & teſtis eſto terra, in his quæ locuti ſumus inter nos. Et ploremus unuſquiſque ad proximum ſuum, & lachrymas noſtras condamus in uas unum, & commendemus uas terræ, & erit nobis in teſtimonium. Et plorauerunt unuſquiſque ad proximum ſuum ualde, & oſculati ſunt ſe inuicem. Timuit autem Ionatha, & dixit ad Dauid: Memores ſumus frater teſtamenti inſtituti inter nos, &
D iuramenti poſiti in corde noſtro. Et ſi prior te obiero, et regnando regnaueris, ſicut locutus eſt dominus, non memor ſis iræ patris mei, ſed teſtamenti tui, quod diſpoſitum eſt inter me & te. Nec memor ſis odij quo te odit pater meus inuano, ſed dilectionis meæ qua te amaui. Nec memor ſis, quod tibi ingratus fuit pater meus, ſed memor eſto menſæ in qua manducauimus ſimul. Nec retineas zelum quo te zelauit male, ſed ueritatem quam habemus ego & tu. Nec cures mendacium quod mentitus eſt Saul, ſed iuramenta quæ ad inuicem iurauimus. Et oſculati ſunt inuicem. Et poſt hæc abijt Dauid in eremum, & Ionatha ingreſſus eſt ciuitatem. In illo tempore ſacerdotes, qui habitabant in Noba erant cõtaminantes ſancta domini, & exprobrãtes primitiua populis. Et indignatus eſt deus, & dixit: Ecce ego delebo habitantes in Noba, quoniam ambulant in uijs filiorum Heli. Et in tempore illo uenit Doëhc Syrus ad Saul, & dixit ei: Nunc ſcis quoniam facit conſilia Abimelec ſacerdos cum Dauid, & romphæam dedit ei, & miſit eum in pace? Et miſit Saul, & uocauit Abimelec, & dixit ad eum: Morte moriaris, quoniam conſilium diſpoſuiſti cum inimico meo. Et interfecit Saul Abimelec, & domum patris eius, & nec unus quidem liberatus eſt ex tribu eius, niſi ſolus filius eius Abiathar. Qui abiens ad Dauid, renuntiauit ei omnia quæ contigerant illi. Et dixit ei: Ecce populus hic in anno quo cœperat regnare Saul, cum peccaſſet Ionatha, & uellet mortificare eum, exurrexit, & non permiſit eum, & nunc interficerentur ſacerdotes CCC LXXXV. uiri. Tacuit, & nihil dixit. Et propterea ecce dies uenient cito, & tradam eos in manus inimicorum eorum, & cadent uulnerati cum rege ſuo. Et ad Adohc Syrum hæc dixit dominus: Ecce dies uenient cito, & aſcendet uermis igneus in linguam eius, & tabeſcere faciet eum, & erit habitatio eius cum

lair

A Iair in igne inextinguibili ſemper. Omnia quæ fecit Saul, & reliqua uerborum eius, & quomodo perſecutus eſt Dauid, nonne ſcripta ſunt in libro Regum Iſraël. Et poſt hæc Samuel mortuus eſt, & congregatus eſt omnis Iſraël, & planxit eum, & ſepeliuit eum. Tunc Saul cogitauit, dicens: Auferens maleficos de terra Iſraël, memor mei erunt poſt diſceſſum meum. Et diſperſit Saul omnes maleficos de terra. Et dixit deus: Ecce Saul non propter timorem meum tulit maleficos de terra, ſed ut ſibi nomen faceret. Ecce quos diſperſit ad eos uadat, & diuinationem conſequatur ab illis, eò quod non habeat prophetas. Et tunc Allophili dixerunt unuſquiſque ad proximum ſuum: Ecce Samuel mortuus eſt propheta, & quis orat pro Iſraël? Et Dauid qui expugnauit pro eis inimicus eſt Saul, & non eſt cum eis. Et nunc exurgentes eamus, & pugnantes expugnemus eos, & uindicemus ſanguinem patrum noſtrorum. Et collecti ſunt Allophili, & uenerunt ad pugnam. Et ut uidit Saul quoniam Samuel mortuus eſt, & Dauid nõ eſſet cum eo, reſolutæ ſunt manus eius. Et interrogauit per dominum, & non obaudiuit eum; & quæſiuit prophetas, & non apparuit ei ullus. Et dixit Saul ad populum: Quæremus aliquem diuinum, & interrogemus per eum quod cogito. Et reſpondit ei populus: Ecce nunc eſt mulier Sedecla nomine, & hæc filia Debicũ dianitæ, qui ſeduxit populum Iſraël maleficijs. Et ecce hæc habitat in Ecdor. Et induit Saul ueſtimenta ſua non bona, & abijt ad eam ipſe & duo uiri cum eo noctu, & dixit ad eam: Eleua mihi Samuelẽ. Quæ dixit: Timeo regem Saulem. Et dixit ad eam Saul: Non noceberis à Saule in hoc uerbo. Et dixit Saul intra ſe: Quando regnabam in Iſraël, etiamſi gentes non uidebant me, ſciebant tamen quomodo Saul eram. Et interrogabat Saul

B mulierem, dicens: Si uidiſti Saulem aliquando? Quæ dixit: Frequenter uidi. Exiuit Saul foras, & plorauit, & dixit: Ecce nunc ſcio quoniam ſpecies mea mutata eſt, & gloria regni mei tranſiuit à me. Et factum eſt cum uideret mulier Samuelem deſcendentem, & Saulem uidit cum eo, exclamauit, & dixit: Ecce tu es Saul, & quare illuſiſti me? Et dixit ad eam: Noli timere, ſed dic quid uidiſti? Quæ dixit: Ecce quadraginta anni ſunt exquo eleuo mortuos Allophilis, ſed hæc ſpecies non eſt uiſa, ſed nec poſtea uidebitur. Et dixit ad eam Saul: Quæ ſpecies eius? Quæ dixit: Interrogas me de dijs. Ecce enim ſpecies eius non eſt hominis. Ipſe enim ueſtitur ſtolam albam ſuperpoſitam deploidem, & duo angeli deducentes eum. Et memoratus eſt Saul deploidis quam diſruperat Samuel dum uiueret, & percutiens manum eius proiecit eam in terram. Et dixit ad eum Samuel: Vt quid inquietaſti, ut eleuares me? Putaui quod appropinquaſſet tempus reddendi merces operum meorum. Et ideo noli gloriari rex, neque tu mulier: Vos enim non deduxiſtis me, ſed ea traditio, in qua dixit mihi deus cum uiuerem, ut ueniens nuntiarem tibi, quod peccaueras iam ſecundo negligenter deo. Propterea poſt reditionem animæ meæ conturbata ſunt oſſa mea, ut dicerem tibi, mortuúſque audirer uiuens. Nunc ergo craſtino tu & filij tui mecum eritis, tradito populo in manus Allophilorum, & propter quod zelata ſunt uiſcera tua, accipietur de te quod eſt tuum. Et audiuit Saul uerba Samuelis, & diſſolutus eſt, & dixit: Ecce ego uado cum filijs meis mori, ſi ruina mea exoratio eſt iniquitatum mearum. Et ſurrexit Saul, & abijt inde, & Allophili expugnabant Iſraël, & exiuit Saul in pugnam, & fugit Iſraël ante conſpectum Allophilorum, & uidens Saul quoniam confortabatur pugna ualde, dixit in corde ſuo: Quid confortaris ad uitam, cum Samuel Euangelizauerit tibi mortem cum filijs tuis? Et dixit Saul ei, qui portabat uaſa eius: Tolle

Regum lib. 1

1. Reg. 28. A.

Vide Ioſephu. Li. 6. Antiqui. Ca. 14.

C romphæam tuam, & mortifica me, antequàm uenient Allophili, & abutantur me. Et noluit qui portabat uaſa eius inijcere manus ſuas in eum. Ipſe autem incubuit ſuper romphæam ſuam, & non potuit mori, & reſpexit retro ſe, uidit uirum currentem, & clamauit ad eum, & dixit: Tolle machæram meam, & mortifica me, adhuc anima mea in me eſt. Et uenit, ut mortificaret eum, & dixit ad eum Saul: Antequàm mortifices me, nuntia mihi quis es. Et dixit ei ille: Ego ſum Edab, filius Agag regis Amalechitarum. Et dixit Saul: Ecce nunc uenerunt ſuper me uerba Samuelis, quomodo dixit: Qui natus fuerit de Agag erit tibi in ſcandalum. Vade autem, & dic Dauid: Ego occidi inimicum tuum. Et dices ei: Hæc dicit Saul: Non memor ſis odij mei, neque iniuſtitiæ meæ.

PHILONIS IVDAEI BIBLICARVM ANTIQVITATVM LIBRI FINIS.

PHILONIS

A

# PHILONIS IVDAEI

## QVAESTIONVM ET SOLVTIONVM IN GENESIN LIBER.

QVARE QVADRAGINTA ANNORVM erat Iſaac cum nupſiſſet Rebeccam? Nuptiæ maturæ ſapienti quadragenariæ ſunt, bonum eſt enim prius exerceri, & concreſcere eruditionum directis ſpiculis, nullo altero deſiderio occupatum: Vt enim amicum eſt amatori prudentiarum ſua fruniſcere merita, eundem modum etiam nuptiarum carpitur affectus, imitabili ætatis teſtimonio, ut confirmetur etiam lex liberorum. In quadragenaria eſt, ſecundum quam etiam medici aſſerunt, tot diebus reconditum ſemen in uulua figuratur in maſculinum, præſertim hactenus non pro libidine prona, ſed pro filiorum ſyncera progenie cultum dignum facientes, huius ætatis nuptias celebrant. Gene.25

¶ Vt quid Rebecca ait: Si ſic futurum eſt mihi, ad quid mihi hoc? Studioſa & ingenioſa mens, hæc non faſtidio potius quàm dolore affectabili proſequitur, ita enim recordata ait: Vt quid mihi hoc? Sub differentia eſſe tanquam ſuperior compenſatam æſtuaret, partim ex ſuſpitione, partim à ueritate: ambiguitas enim mētis imperfecta & clauda. Et ſi oportet proprijs † & reuocabilis cæca eſt. † ut Vnde melius eſt oculos mentis inſtruere, & acutius ſemen reuentatem malo ac bono examinato, utriuſque enim naturæ amplexus, quiuis & ſimplici men-

B te ductus, unum appetit, alterum excuſat.

¶ Quid eſt: Perrexit interrogare à domino eloquium dei? Superbiam corripit pro eis, qui ſe dicunt aliquid noſſe, quos nihil ſcientes pudet requirere, interrogare, ſcrutare. Hi etiam languorum imperitia, uſq; in terminum uitæ ægrotantes, medicum non ſuſcipiunt, à quo facillime curati ſani fuiſſent. His uero quibus deſiderium eruditionis, & prudentiarum cupido eſt, undiq; omnia doceri cura eſt, etſi ueteranæ ſunt ætatis.

¶ Vt quid † interrogante ea audiuit: Duæ gentes in utero tuo ſunt, & duo populi ex utero tuo diſpergentur, & populus populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori? Quatuor titulos deſignat eloquium, quorum unum glorioſe dictum, quod non duo infantes in utero dixit, ſed pro infantibus, gentes. Certum eſt enim de infantibus nō dixiſſe, ſed de naſcendis † utriuſq; deſignat, qui poſtmodum principes magnarum gentium fierent. Secundum uero propheticum & utiliſſimum, ne ſit intermixtio, ſed alterutri † diſtrictio. Non uniuſcuiuſque gentis, ſed reuera ſapientiam & modeſtiam, cuius gratia prius gentes commemorando, poſtmodum populos nominauit, quia multum intereſt uerbo & rationabilitati: horum enim diſceptatio utiliſſima eſt, uno inertiam, altero iuſtitiam appetente. Tertia conſideratio eſt, ne iuſta iniuſto aptentur, ideo dictum eſt, populum populi meliorem, dum neceſſe eſt unum ſuperare alterum, præcellentem bonitate, dum iuſtus iniquum ſuperat, & modeſtus luxurioſum. Sunt enim cœleſtia ſalubria, terrena uero ineptiarum & tenebrarum ſimillima. Quarta conſideratio, quod maior ſeruiat minori. Inueterata eſt enim malitia, quæ à prima ætate cōcreuit. Beniuolentia uero iuuenior, quia in nouiſſimo oritur tempore, deficiente uitiorum pondere. Tunc enim incipit perpendere

† perrogante † ex utriſq; † diſtinctio

C ſenſus principatum meliorem. Hæc tamen pro nobis dicta ſunt. Quis enim neſciat cœlum nullius mali compotem, & qui morantur in eo angeli omnes boni, & in omnibus neceſſarijs perfectiſſimi? In mundum autem antiquior prudentia, & uetuſtiori iniquitatis ac inſipientiæ, aliarumq́ʒ uirtutum ſapientia ſingulæ ita in genere humano econtrario habent ſui: Bonum enim, ut dixi, ſerotinum & aduenticium, prauitas a b infantia penè conſiſtit, ſed tamen regitur à iuueniore, non temporis lege, ſed na turæ. Quare dixit: Completi ſunt dies eius, ut pareret? Quia prudentium germina non ſunt minus perfecta, nec diebus diminuta, ſed plena & integra. Ex perfectis numeris dictum conſtat pro parte narrationis. Intellectus uero ſubtilis hoc ſapit, cum ſtudioſa anima ſaginata fuerit ſapientiæ inſtitutis quibus uice meridiani luminis totus animus illuſtratur. Tunc incipit generare contrarietates cogitationum, quibus † ſanatæ profanis interſunt. Quid eſt: Erant gemini in utero eius? Dictum oratoriæ patet, certum eſt; morali uero ſtylo non oportet ignorare, ſicut ex una ſtirpe duo oriuntur rami, ita ex una mente melior & deterior ſpecies naſcitur. Et quidem gemina ſunt pro natura cunctante anima pro utrorumque obſequio: per abſentiam enim unius obſecundat altero, ſimili uitio ualitudinis corporalis. Libido enim & dolor ex una radice, ſecundum Poëticum carmen. Agitante enim libidine, dolor cælatur. Porrò ſi is tenuerit, illa ſubducitur. Ita omnes uirtutes contra malitiam habentur, econtra malitiarum momenta uirtutibus aduerſantur. Cælatur enim pudicitia adueniente luxuria, & iuſtitia per iniquitatem, & audacia per trepidantiam. Vt quid primogenitus totus rubeus, & piloſus ut pellis? Denſitas uice rabientis beſtiæ ex ira. Rubeſcit enim in ſanguineum uiſum, & moribus inſuauis ut pellis, & eò amplius denſus ut grauatum

† ſancta

D ex aſtuta petulantia, non ex natura, ideo facile capitur. Quanto enim ſperat effugere prauus, tanto facilius capitur à prudentibus. Differt tamen primogenitus primitiuo, eſt enim ille ſenſus fœmineus, alter uero maſculinus principalis uirtutis, cui proprium eſt generare. Adeo primogenitus melior, prauus uero primitiuus fluxu materiali paſſibilis more ſui nexu enixus. Vnde etiam in rebus certis incorporales uirtutes merito primogenitæ uocantur. Quas nonnulli figuras ac formas uocantes menſuras & normas rerum, ſenſibilia autem non ita. Sunt enim figuræ ſine patre, inde materialem ſenſum facturum matrem appellant. Quare nomen illi imponitur Eſau, qui interpretatur factura, uel rubor? Vtrunque mores inſinuat malitiæ, fictionibus enim plenus & infidus, nec quicquam integrum exercendo, nec facile flectitur, tali ligno ſimilando, quod facile prius frangitur, quàm curuatur.

Quare dixit: Poſt hæc exiuit frater eius? Germana ſunt uirtus & malitia, unius animæ fœtus. Dimicantur autem & litigant modo quodam adhærentia, diſſocietatem deſiderant, ſeparata uero & liberata diſtant.

Vt quid manus ſecundi apprehenderat calcaneum alterius? Quoniam ſtudioſus animus captator eſt, & naturaliter ſtrenuus, ſemper arcendo uitiũ, & minime ei fiduciã permittendo, ne quando erigatur. Tenere ergo calcaneum fortiſſimæ mentis eſt, & optimi luctatoris, non admittẽtis malũ exaceruari. Quod uero tenetur, infirmum eſt. Hæc igitur ſiquis nõ auribus, ſed mentis intuitu recordetur, inueniet facultates uirtutis idoneas. Præſidẽte enim animo & præualente, uitiũ uincitur & claudicat, hoc modo beniuolentia poſſidebit. Qui † uero ſupplantator dictus eſt, Iacob non conſiderauit, quod poſt CXX. annos Rebecca concipit, iam ſcriptura diuina præſagiente totidem annos in peregrinatione

† merito

A grinatione moratur, unum è filijs pro neceſſitudine nuptiarum.
Quare ſexaginta annorum dicitur generaſſe Iſaac? † Sexagenaria ætas inexcu- † *Sexagena-*
ſabilis & urgentiſſima eſt in mundo, eſt enim quinquagenarius in idipſum nu *ria meta*
mero, necnon etiam ipſam quam habet elegantiam in unionibus ſextilitas,
hunc in denarijs ſexagenitas, equidem ſextili interſtitio omnia creantur. Per
ſexagenitatem uero uir perfectus ſecundum ſeculi proximitatem. Sicut enim
ſexagenitas affinis ſextilitatis, ita uir ſtrenuus omni mundo propinquus, ideo
in creatura mundana & immaculata cœleſti cenſura efferuntur. Caduca ue-
ro & infirma, quæ à philoſophis ſublunalia appellantur, pro terrenis: ac per
hoc germina ſtudioſi uiri diſcerni oportet à mortalitate, filiorum enim alter
cœleſtis, alter terrenus.

Quare Eſau uenator & ruralis, Iacob uero ſimplex, per innocentiam habi-
tans domum? Locus allegoriæ capax eſt. Prauus enim & captator, & ruſti-
cus. Sicut enim uenantibus conſuetudo eſt, canibus & beſtijs cõuerſari, ita pra
uus uitio malitiarum feris aſſimilatur, ſine lenitate & temperantia mentem re-
gendo. Etiam canibus comparatur, qui iuſto plus ſatiati, ad rabiem & furo-
rem erumpunt. Præterea ruralis exors ciuitatis, ut refuga legum † atque popu- † *& æqua*
laritatis alienus, iugum iuſtitiæ uitando, nullo ſequitur bono, manſuetudinis
& beniuolentiæ inimicus, quibus fortunæ hominum conſiſtere uidentur. Vr-
banus autem in utroque uiget, ſine fictione domum habitando, infictum igi-
tur *inſinuat* pro ſimplicitate, ſine blanditie, ſine inſidijs, ſine illecebris, quæ ſunt
atrocitatis fomenta: ita ruralitas diſſipat ſtatum domeſticum, ubi paterfamilias
diſpenſabilis, ut ciuili albo conſcriptus, & diſciplinarum proximus abeſt, ac
per hoc non fallitur, qui intelligit regimẽ ciuilitatis familiarem eſſe diſpenſatio-
B nem, ita enim ſtatus domeſticus ſtabilis habetur.

Quare dicitur Iſaac dilexiſſe Eſau, Rebecca uero diligebat Iacob? Quis non
miretur nominum poſitionem, tam recte & aptiſſime rebus conſonantem? di-
cendo enim dilexit, tranſactum inſinuat tempus: Quod uero diligitur adeſt
utrique, & ſempiternatur ſine fine defectionis, & forſitan praua conuerſatio
licet floreſcat, temporalis, ut pute diurna, non diuturna eſt. † Reſpui uero mo- † *Reprobi*
res immortales impœnitibiles.

Quare ab uno pro cauſa uenationis diligebatur. Mater uero ſine cauſa? Sapi-
entiſſime dictum eſt. Studioſus † uero ex utraq; parte diligitur, adeo nõnulli imi † *enim*
tantes Moyſen, pro laude uirtutis emulantur uerbo tantummodo gloriam cape
re, inde huiuſmodi uiri p occaſionẽ diliguntur. Ait enim ſcriptura: Dilexit eũ,
quod uenatio illius eſca fuit ei naturalis, ſuumq; edictum eſt: Non enim quæ ca
piunt̃ ab eo eſca eius eſt, ſed illius ipſius mali uenatio, dũ ſuperbia capit̃. Paſcit̃
enim ſapientis animus melius cũ poterit uenare malitiã, & contraria ſuperare.

Quid eſt dictũ: Coxit Iacob cocturam? Riſus ne uidebit̃ dictũ? Scio in huiuſ-
modi dicto inſipientibus & fluxidolis, qui nullo momento uirtutes cernũt, ſe-
cũdũ † prudentiã ſuã diuinas lectiones penſitãtes, quæ tã caute præſcriptæ ſunt. † *imprudẽtiã*
Sicut enim cæci tactu tantum corpora tractant, non decus coloris, nõ formas,
neq; figuras, uel quicquam aliud qualitatis teſtimonium probantes, ita minus
docti, & inertis animæ oculi priuãtur in ſermone narrationis occupati, nõ ſcru
tare nomina Hebraica, non barbara intrinſecus perpendere poſſunt ad conſi-
derandam altitudinem mentis, maxime cum ipſa narratio conſcientiam arguit
impunitatis, & medelam ſuggerit ex aperto. Quid enim pro friuola eſca pri-
mitias minori cedit? Vt famulus uentris, uituperator, nullum continentiæ ze-

lum

C lum ſectando, ita altiori intellectu huius dicti ueritatis titulos commendat.
Omne enim quod coquitur amiſſa uirtute quam prius habuit, diſſolutum ſit,
† contactum quod poterat non † coctum nullo ſubiacere improperio, ſed tanquam con-
tinentiæ ſtatu permanere. Ita prudens concupiſcentiæ neruos, & fortitudi-
nem uitiorum deſtruit. Quare dictum eſt: Venit Eſau de campo deficiens?
Apud quoſdam defectio adiectio uocatur. Defecta enim mortalitate, immorta
litas apponitur, prauus tamen pro inopia uirtutis, non penuria ciborum aut po
culorum defectus dicitur. Quare dixit: Guſtemus de hac coctura? Quia defe-
ctio, id eſt, amator uitiorum & inertiſſimus ſtatim confitetur eſuriem pruden-
tiæ, & extenuationem uirtutis, cuius gratia deguſtare uitium Aeua feſtinat,
† adiecta qua tam eſſe coctorum fortitudinem pro illecebris ſuauitatis † allecta conditu-
ra pro colore ſanguineo, & familiari uitiorum. Semper enim paſſiuis ſequitur
confuſio, erubeſcentibus eis quod peſſima bonis anteponat. Quare uocatũ
eſt nomen eius Edom, quod translatum Græce dicitur rutilum, ſiue terrenũ?
Proprium uocabulum luxurioſi moris minus cœleſtia appetentis, terrena ue-
ro & fluxidola petentis, & inreprehenſibilem uitã ne quidẽ in ſomnis cogitan
tis. Coloribus uero & ſaporibus ſubiectũ, quibus per omnẽ ſenſum opprimit.

Quare dixit: Vende primitias tuas mihi? Hoc dictum, uidetur fraudem in
ſinuare, dum minor iura maioris uſurpat. Sed ſtudioſus, & parſimoniæ amicus
non fraudatur, ſed profectus eius in hoc inuenitur, ſciens opes paruorum opor
tere ſuccidi, ne amplius delictis ſuppeditantes decipiant animam, ſed auferatur
potius occaſio omnis noſtra malorum, & eſt utiliſſimus pro melioratione mo-
rum, ita non fraus, ſed profectus acquiritur pro detrimento. Altiori ſanè intelle
ctu ſcire oportet, ſapientem non de animalijs, aut prædijs, uel pecunijs tractare,
D ſed pro cõſtantia animæ, quamuis primitiæ ſint & antiquiores ſingularum uir-
tutum fontes, aquarum etiam prauus pro teſtimonio exiſtimationis ſuſurpat:
Nullus enim ita inſanus eſt, licet inſipiens, ut palàm profiteatur malitiam. Ait
† ſpectaculo ergo illi ſubtiliter: Noli mentiri, ne tanquam in † ſpeculo ficta ueritate pollua-
ris, ſed confitere iam nunc alienam morum tuorum eſſe ſapientiam, cuius ex-
traneus iam factus es. Hæc enim proxima, & propria eſt prudentibus uiris.

Quare ita reſpondit: Ecce ego pergam mori, & ad quid mihi primitiæ iſtæ?
Eloquium dicti probatiſſimum eſt. Reuera enim uita praui ad mortem feſtinat
per ſingulos dies. Nec enim meditando adeo nõ dixit: ad quid mihi primitiæ?
quæ dirigunt ad uirtutem & beatitudinem, ut quid mihi, habeo enim prærroga-
tiuam libidinis & luxuriæ, & quæcq; horum ſimilia uidentur. Quid eſt, depra
uauit Eſau primitias ſuas? Diuinum reſponſum cõſonat priori. Derogat enim
& prauus ſtudioſum, ut ſolertiam ſtrenuus prauorum ſpernere facta. Impoſſi-
† inueniri ex intemperãtia bile eſt enim conſenſum † inuenire, & intemperantiam, quare fit famis ſuper
terram, præfamem ante factam temporibus Abraham. Vt quid adiecit & di-
xit: Super terram? Digne ſcrutandum eſt. Vbi enim alibi contingere poteſt, dũ
nefas cœlum dicere huiuſmodi contagio lædi. Sed forſitan allegorico more lo-
quitur. Terrenus enim ſenſus circa nos corpus eſt, cui cum pura & ſobria mẽs
penetrauerit, famem non ciborum, ſed iniquitatis operatur. Perinde differẽtia
eſt inter famem, & famem. Prior enim indocilitatis penuriam fecerat, promo-
to & perfecto per eruditionem & doctrinam uiro. Nouiſſima uero diſſipauit
ea quæ minus apta uidebantur: naturaliter enim & ſine doctrina uirtutes acqui-
runtur obediente fortitudine. Ita utracq; famis abundantiæ & frugalitatis melio
† lectiores. res ac † lætiores. Quid eſt: Perrexit Iſaac ad Abimelech regẽ Philiſtim in Ge-
rara?

A rara? De dicto clarum eſt. Profectionis ſignum ſcrutatu autem diligẽtiori plus inuenitur, & amplius panditur nominibus interpretatis. Abimelech enim paternus rex eſt, Philiſtim alienigenæ Gerara ſpes.

Quare ait illi eloquium diuinum: Ne deſcendas in Aegyptum? Pro tam certo oratorio dicto, nihil obſcurum uidetur. Morali tamen diſcuſſione ita ſentimus. Aegyptus interpretatur deprimentes. Deprimit autem, & occupat mentem concupiſcentia, triſtitia, metus. Perfectio igitur felicitati naturæ pollicenti excellentiam ſuggeſſit ſermo diuinus, ne in foueam uitiorũ deſcendat, ſed potius uegetat integritate mediocritatis ſuæ contentum eſſe, quanquam ſunt nõnulli in iſto medio ſtatu durantes pro impoſſibilitate fragilitati, qui aut excellunt, paulatim ad ſummos uirtutum terminos accedunt, pro nihilo terreſtria reputantes diriguntur in altum.

Vt quid dixit illi: Inhabita, in quam tibi dixero terram. Eſto autem incola in hac terra? Incolarum & poſſeſſorum differentia inſinuat̃, uerbo quidem, utpote ciuitatis inhabitantium hominum: opere autem ipſo animarum dicit affectum diſſimili uita commorantium. Permittitur ergo ſapienti incolatus pro ſpectaculo tantum & actu, inhabitare uero meliora ſperare, quæ tentorium nanque ſenſus aliæ noſtrum corpus eſt, ſecundum immorãtem in eo animam, quæ ſibi beniuolẽtiam ſectatur, pro aduena habetur, memor matris ciuitatis in qua tranſmigratur, aforet etiam de qua diuinus ſpiritus decernit & hortatur firmius illic habitare. Quæ eſt autem digna ciuitas ſolertiſſimi uiri, niſi ipſa uirtus ſecundum eloquentiæ titulos murata?

Quid eſt ergo: Tecum ero, & benedicam te? Reſponſum diuinum ſubſiciuam continet cohærente conſequentia. Dei enim comitium benedictionem & B complacationem paratiſſime præſtat: ita per abſentiam maledictionem, quia malum magnum inſipientia eloquentiæ inimica.

Quid eſt: Conſtituam iuramentum meum, quod iuraui patri tuo? Vnum illud interim dicetur, quod dei uerba iuramentorum fortiora, uel in quem iurauiſſet deus niſi in ſe, dicitur tamen iurare poſt noſtra infirmitate. Exiſtimamus enim iuracula hominum fortiora eſſe uerborum. Deus uero beatus & propitius, non ſecundum ſuam magnitudinem iudicat, ſed aduerſus generis poſſibilitatem. Vult ſanè laudare filium paternæ generoſitatis dignum. Ita enim confirmentur filio paternæ fœdens oracula, cum ſimilis eius geſtorum uirtus autori commendatur. Ceſſate nunc generis nobilitatem laudantes diuinis literis, audita ueritate, pœnitemini, inſtruimur non illos uocare generoſos, qui ex bonis procreantur parentibus, ſed æmulatores paternæ pietatis. Iniuſtum eſt minus ultroneum bonum laudare, nec enim per cuiuſdam conſiliũ naſcimur. Ita enim minus ſpontanea bonitas pro nihilo imputatur, quoniam ſpontaneum melioris actus teſtimonium eſt, & paterna imitatio.

*In utroq; exẽplari paris uetuſtatis ita legebatur, credo legendum, paterni fœderis.*

Quid eſt: Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli? Vtraq; hic promuntur, quibus natura uniuerſitatis conſtat pro cenſu quantitatis atque qualitatis. Pro uno enim dictum eſt, multiplicabo; pro altero, ſicut ſtellas cœli. Ita puras & ſplendidas, & inſignem ſortitas ordinem, & ſuo autori immortabili curſu uocus, promiſit † luminoſum ſemen filiorũ, qui omnes per omnia cœlipetas ætherios dum hos, aliasq; regiones illuſtrantes.

*† numeroſum*

Quid eſt: Dabo ſemini tuo omnem terram iſtam? Dictum declarat, utpote dei decreto pronuntiatum, quod ſolus ille ditiſſimus eſt ſapiens, & omnia eius eſſe. Ad intellectum uero donabo tibi omnem cenſum terrenum, ut prin-

C cipatum quendam ſubiectum:uolo enim te non ex hac opes flatare, uel fœnora exigere, ex intemperantia uitiorum acquiſita, ſed loco imperatoris præſidentem uniuerſa ſubiecta habere nemini ſubiectum.

Quid eſt:Benedicentur in nomine tuo omnes gentes terræ? Penſa declaratione dicti, intellectus altior huiuſmodi eſt: Omnes gentes figuras eſſe terreni corporis noſtri, quorum per ſingulos ſenſus ſingula uitia naſcuntur, meliorantur uero ſobrium ſortita præſidem, utraq; recte regentem, ſecundum Poeticum carmen:Rex beniuolus artifex eſt. Fiunt autem peiora, ſi princeps auditoris mali mores ſectetur ſeueriſſimi agitatoris, qui impetum equorum retundere non præualens, uehementia uelocitatis ſuæ obruitur.

Quare dixit:Pro eo quod audiuit pater tuus, & cuſtodiuit præcepta mea, & mandata mea, & iuſtificationes meas? Hæc mea præclara bona diuinæ uirtutis domeſtica, illis deſtinātur hominibus paucis uel plurimis pro donis, qui plura diſciplina ſapientiam & iuſtitiam ſynceram ſectantur, quorum ſpes præponitur in autorem peractis mādatis atq; præceptis. Præcepit enim ut autor, his qui abſq; timore non facilius obtemperant, mandat uero ſupplicibus ſuis ut amicus. Iuſtificationes uero & legitima hominibus deſtinantur nimiæ prouiden-

† nanq; tiæ plena. Legi † uero naturali iuſtificationes pertinent, legitima uero adoptiuæ ita lex erit iuſtitiæ, & iuſtitia legis.

Quare dixit: Incolaueritis, ac incola Gerara? Gerara interpretatur maceri-

† ſtatum es, quam per allegoriam dicimus eſſe † factum eorum, quare circa corpus, & ex-

† inanes tra corpus uana & † tigneas glorias figurantem huius maceriæ habitator non ſine ærumna plurimis ſeruiendo diſcretis dominis, quorũ minas tolerando, tan-

† potare quā pecus infructuoſa ſpe occupatus, quæ nullius momenti ſunt ut prima † potire cogitatur. Incola uero ſpem ſibi recondit futuræ libertatis, cōtentus ad tem

D pus neceſſitati, cuius ſpem facillime effugiet cum illecebris eius.

aliàs Qui ſunt illi uiri, quos ſcriptura meminit? † Singulare ſumet animarũ petes,

† Singularũ cogitationes ſunt quaſi habitatores, utputa partem eloquentiæ promeritis ſapi

animarũ par= entiæ uel inſipientiæ, partes iracundiæ pro uirtute aut trepidantia, pars concupi

tes. ſcentiæ pro pudicitia & luxuria, & quidem nutritorius panis cibus & potus exigitur:ſinguli quoq; ſenſuum ſingula delectamenta requirunt. Maceriæ tamen

† interpenſos habet locus proprios habitatores ſuis conſilijs † inter peruerſos pro ſpe corporis & extra corpus. Inde etiam uiolare conantur, puras & immaculatas mentes.

Quid eſt: Factus eſt longæuus illic. Incolare diuturno uidetur, pro diuturno interuallo, deo amabilis anima, & deo dedita. Quæq; aũt ſunt extra loca, & meliora ſunt, & ſine tempore:Locus enim & tempus germana ſunt, & ſimul ſubſtituta, & pariter agitata:cuiuſmodi luſus uidetur, quem proſpiciens Abimelech de feneſtra, uidit Iſaac ludentem cum uxore ſua Rebecca. Ex dicto quidē coitus inſinuatur uiri ad uxorem. Per intelligentiā uero æſtimamus non omnē iocũ uituperabilem, eſt enim & neceſſarius pro auſpicijs innocentiæ, ſimplicitatis, & puræ iucunditatis. Nec enim uexat aſtutia puerilem ætatem. Vnde etiā puerorum nominatio, & luſus ſimilat in Græco. Superueniente aũt perfectorũ delectatione facile transfigũtur. Eſt etiā in ipſis iocoſitas, cuius elongantur maliuoli mores, triſtem uitā petentes & anxiā. Studioſi uero præterea delectantur in bonis operibus ſemper, nō tantũ homines ſemoti malorũ, ſed etiā animæ diſiunctæ corporibus, aut ſine nodo corporis liberæ, præcipue dæmones, quos religioſus Moſes angelos ſolet nominare. Ipſæq; ſtellæ, in quibus intelligibiles & diuinæ generantur, & immixtæ, uel potius ſemotæ triſtitiarum formæ terrenæ

lætitiæ

A lætitiæ à pace ſimiliter & †omne cœlum & mũdus, quia animal eſt, & rationabi † *omni cœlo*
le, & animal inſigne, & philoſophia plenũ, ideoq; ſine triſtitia, ſine timore, ple- *metuendus*
num potius libertate. Dicitur quoq; etiã pater, & creator uniuerſitatis ſemꝑ di
gno ſuo luſu delectari. Delectatur enim in ſplendore uirtutũ, & creaturarũ ſua
rum uniuerſitate. Inuiſibili ergo exẽplari, ex incorporalibus figuris conſtituto,
merito menſuræ uniuerſorũ in ipſius uiſibiles ſunt pro imitaculo ueræ atq; ſyn
ceræ ſupernæ imaginis. Quapropter ſapiens finẽ perfectũ æſtimãdo, aſſimilare
deo tunc capit naſcibilem in nato cõiectum, feſtinat non deeſſe huius ſimilitu-
*dinis & iucunditatis, cuius cauſa de re dicitur, cũ firma & indeclinabili ſimili-*
tudine, cui nomen Rebecca eſt, perſeuerantia interpretata, aut pro ſempiterna
hilaritate anima delectatur. Hanc portionẽ nullus habebit malorũ, non aptus
fit nuptijs religioſæ ac piæ ſuauitatis, munus tamen tanquã de feneſtra ꝑſpicit
quidem, non tamen purum ſentit utrorũq; †iugum, cuius mens dubitat †citius † *iocum*
cernere meliora. Solet enim ſuã conſuetudinẽ pro plenitudine laudis accipere. † *acutius*

Quid eſt: Seminauit in illo anno, & inuenit centeſimariũ hordeũ? Anni tẽ
pus perfectũ ex omnibus anniuerſarijs momentis cõſtat, cuius ex nomine intel
ligitur, apud ſe, & infra ſe omnia habere. Sanctus etenim numerus eſt centena-
rius, de decimatione cõpoſita uirtus, dicto perfecte teſtãte, ſtudioſum & in cul
tura, & in omni uita poſſe dirigi, ſemperq; eius germina ampliãtur plus quàm
pridem intelligẽtia ſubtilior. Hordeũ hominibus & animalibus eſca eſt, nobis
aũt mens, homo, ſenſus, anima. Cũ ergo rerum frugalitas deerit, præparat ani-
ma ſe, utpote ſeges optima, & fit capax abundãtiarũ uirtutis, & germina bene
uolentiæ multiplicantur, deo palàm proferẽte certa ex inuiſibili ſuo theſauro,
ut utraq; res beneficia ſentiat, prona uidelicet atq; rationabilis, per unam ean-
B demq; gratiam perfectæ diuinitatis, quæ eſt primitiua numeri ſanctioris.

Quid eſt: Procedens maior fiebat, quouſq; maior factus eſt ualde? Certo
exiſtente oratorio dicto, intellectus ita examinetur. Certũ eſt ſecundũ ſimilitu-
dinem perfecti numeri, & omnia cõtinentis, anni prudentiam creſcere, primo
interim gradu prouectam. Cum autem inceperis ampliare, iam non pro naſci-
bilibus, ſed pro incomparabilibus mente occupantur.

Vt quid hæc quæ foderunt pueri patris eius, diſſipãtes obſtruũt Philiſtinen
ſes? Geminam nuntiat cauſam lectio: Vnã, qua prauis mos eſt, nullos titu
los inſignis memoriæ relinquere, quod beniuoli pro capeſſenda gloria ſtudẽt.
Secunda, pro inuidia & liuore proſperitatis cõmunẽ deſpicientibus utilitatem,
malentes lædi potius quàm ſentire beneficia. Nemo uetabit fontem ô ſtolidiſ-
ſimi hominũ bonis prouiſas in uſu, quodq; indigentiæ ueſtræ proficientes pul
ſauit aliquis, pro his dicẽdo nullã extare inuidioſis defenſionẽ rationabilitatis,
pro diſpendio accipientibus optimorũ uirorũ gratias, ſed altæ mentis cõiectura
hoc expoſcit, foſſuras puteorũ auſpicia eſſe diſciplinarũ, quarũ ſingulæ, altæq;
uiæ finis ſitiẽtibus potus eſt. †Eſcarũ ergo amatores, iniectã obſtruſionẽ, quæ ꝓ † *Harum*
ignorãtia accipitur, expurgant per obſeruantiã inſtitutorum. A deo perfectus,
huiuſmodi foſſuras non facit: eſt enim plenus ſcientiæ, ſed pueri, quos dignos
ſui miniſterij arbitratur. Sunt aũt ij, qui modo eruditioni dantur, paulatim acce
dentes in altũ, quouſq; attingant in finẽ. Hi quidẽ bonũ deſideriũ proſequen-
tes, dignũ inueniũt fructũ. Alienigenarũ uero mens, pro inuidia proſperitatis
decipere conaẽ oportunitatis, quibus doctrinæ pro promptis greſſibus creſcũt,
terram inijcientes, hoc eſt, terrenæ concupiſcentiæ pondus, quibus grauata
mens premitur, & ſine philoſophia remanet.

C Quare Abimelech dixit ad Iſaac: Perge à nobis, quia poſſibilior nobis factꝰ es? Peſſimum inuidiæ uirus, & uituperabile, ita prauus, utpote cæcus, diſiungere conatur uirum prudētem uerbo quidem à ciuitate, ipſa autem redeanima ſua cū clauſula liuoris ingeſtæ. Ait enim: Poſſibilior factus es nobis, utpote infirmitatē optādo his qui dirigunt, cū poſſit cōgratulari melioribus, & in utriſq; ꝓficere, maxime philoſophiæ titulis, quorū omnes unanimes eſſe oportuerat.

*Vt quid obſtruſa putea rurſus effodit?* Spontaneæ clementiæ & humilitatis prudens, nulla detentus ſæua memoria, ſuperare dignatur aduerſarios: non mala pro malis, ſed per beneficia, ſenſus tamen alterior hoc aduocat mens deo dedita, licet ad tēpus decipiatur ſupradictis quibuſdā moleſtiarū ponderibus, cœni uice inquietantibus & occupātibus, exportare eas & reuelare nouit, ut interim poſſit priſtinos ſapientiæ ſplendores ſine ullo impedimento recuperare.

† ſimul Vt quid eadem uocabula poſuit puteis, quæ etiam præter eius æmulus pater næ pietatis honorem † ſibi referēs, † per operis induſtria, & foſſatim purgare ſol-
† pro licitus eſt, ne omnino præualeat inuidia in terram eorum. Inde cōſequens erat, procedentem in operibus etiam nomina confirmare. Illud quoque dicetur, quod ſemetipſos amantibus ſtudioſius, inimicus uidetur qui diligere ſolet memria digna iuſtitiarum & ueritatis, quas utraſque ſectatur amator integritatis, nihil auferendo alienum, licet diu obolita ipſe nimio ſudore potuit inuenire. Veritatem uero in omnibus imitando, & paternam operum conſtitutionem, nominumque firmitatem, quibus etiam mens cautior nuntiatur: Proprietates enim nominum à ſapientibus poſitæ, ipſarum rerum indices ſunt, tanquam de ſpeculo declarantes ſuarum formarum conditiones. Inde patri directa ſingulo-
† mutatis rum uocabula ſufficere certus, præuidit ne † imitatis nominibus † imitationem
† immutationē res capiat, ut ſolet in Geometriæ figuris, quarum ſingulæ ſuis uocantur mo-
D mentis, quas ſiquis mutare uoluerit, mutatur etiam ſenſus natura.

Vt quid in ualle Geraræ putei eſſe dicuntur? Interpretatur Gerara incolatus. Hoc auſpicabile dictum gemino ſenſu nanciſcendum: Incola enim aut conſentit habitatoribus, aut alienatur. Dum ergo conſentit, obſtruſio pares boni pectoris. Alienatio uero, purgationis inſinuat auſpicium, dum exhortatur anima ex uſitatis in altitudine diſciplinarum miniſtrare. Ideo maceries incolato cōparatur, cōſpirando enim conſuetis locorum fallacijs, nouitio, humili, & uallo ſo ſtatu perdurat. Demigrare autem cupiens, erigitur ad titulos uirtutis, in quibus ſi ſollicitus fuerit, iam quartum requirit titulum, pro his quæ deſiderat, & derelicta ualle cum trinitate puteorū, egreditur expeditiſſime, ſeparatus ab inſidia & ambiguitate. Reuera enim offendebat erumnis detentus miſerrimis, titulo infatigatæ & minus laborioſæ libertatis.

Quare in primo dimicantur, ſecundo iudicantur, in tertio ceſſant. Et primū uocatur iniuria, ſecundū inimicitia, tertiū ſpatioſitas? Hæc pignora ſunt induſtriæ, utpote aliquo in ſtudioſam inducto diſciplinā. Eſt enim dimicatio, dum amatores doctrinæ ad inſtitutores conferūt, opponentes magiſtros torpori animæ. Cū aūt fuerit obſtinatiſſima perſeuerantia, & ſtudioſa exercitatio, iam non litigium, ſed iudiciū eſt, ceſſante læſura cōgrue rationis eſt altius examen requirere. Prouecto nāq; amatore diſciplinarū, infirmantur alienigenæ moris eruditionis, abdicato litigio atq; iudicio, ac per hoc merito prima momenta pro iniurijs accepta ſunt: Patimur enim iniuriā deſiderantes, amor obtinet firmitatē. In ſecundo autem inimicos ſentimus eos, non præualentibus nocere alienigenarum moribus, inanem exaggerātibus inimicitiam. Tertia igitur ſpatioſitas, & quia

A quia perfecta melioratio confuſionem affert inimicis, inanis enim reuelata eſt & prauitas iniuriarum, & inimicitiarum inſolentia.

Quid eſt: Aſcendit inde ad puteū, ſed ſuſpenſum? Qui enim adhuc docet, licet promouerit & creuerit, nihilominus religionis moras ſortitur. Cū aūt perfectis approximauerit, altiores facit cōmemorationes. Ait enim: Puteus quaterni numeri, & in ipſo numero fallit. Puteus enim iuramenti filia ſeptima eſt, quod Hebraice legitur Berſabace Berſilia Sabeæ ſeptima. Iam peruide quanta eſt unitas in Mathematico tractatu, & hic in prioribus tranſlatis libris ex aperto dicente Philone quarta in omnibus corporibus, & incorporalibus precioſa eſt, pro numero quidē qui accenſus eſt decē. In figuris aūt quod ſecūdū eam ſoliditatis natura conſtat, poſt ſignū & elogiū, ſecundū Muſicos uero omnes armonias cōtinet, quadralitatē pertinacitate, in dimidialitatē & per omnes in duplicitate, & bis per omnes in quadruplicatione: hæc inquit in incorporalibus. Corporalibus uero elemēta mundi quatuor totidem anni momēta, debuit prius corporalia pandere, poſtmodū incorporalia. Hic enim ipſe pro incorporalibus proſequendo, coitū uiri & mulieris quatuor habere uices, quod turpiſſimū eſt interpretare, ne forte quidā ſerui dei amatores eſſe eorū exiſtiment. Videt̄ mihi Philo ritū Iudæorū ſectauiſſe, linguā imprauiſſe. Si enim ſeptimū cōpoſuiſſet, uiginti & octo metas pacis inueniſſet. Deniq; poſt momenta lamentationis titulum pacis enixa eſt Berſabee. Quapropter inquit Moſes, laudādo quartum numerum, ſanctum & glorioſum proteſtatur. Vt quid autem iuramētum dicitur, in opere ipſo declarabo poſt modicum in familiari capitulo, totus liber tranſlatus nihil tale continuit, ſed †cœtus effugere conatur.

*Verba ſunt interpretis quiſquis hic tandem fuerit.*

*† coactus*

Vt quid in nocte dominus uiſitat, & ait: Ego ſum deus patris tui, ne timeas, B tecū enim ſum? Familiariſſimū tēpus animæ ſpeculatoriæ, nox uagis erroribus meridianis, & uanis aſpectibus liberata, ac ꝑ hoc nec metus pulſat, nec uacillat cogitatus abſente timore. Caret autē timore pacatiſſima mens, cum diuinitati peruigilat perſeuerāter. Habet tamen lectio neceſſarium modum, ne quis procerum præſumat facile occaſionibus, ſed prioris acquirat meritis, digne enim dicendo: Ego ſum deus patris tui, generis cenſuram declarauit. Tecum autē ſum pro tua & ipſi uigilantia, cuius cauſa non indignatur uniuerſorum pater indignum uiſitare eum inuiſibilis animarum medicus.

Quare dominus uiſitatus oſtendit ſemetipſum deū? Dominus quidem, regni & dominatoris nomen eſt. Deus autem appellatur pro beneficijs, quibus certius manifeſtatur, quoniam ſapientiam non inter ſubiectos ut rex, ſed inter amicos benefaciendo dinumerat. Poterat Philo pluribus inuehere, niſi computo uteretur Mathematico.

*Dominus deus*

Quare dicendo benedixi te, adiecit, & multiplicabo ſemē tuū propter patrem tuū? Spontaneæ diſciplinæ titulus perfectus, ob nullā aliā cauſam diuinā ꝑmeretur gratiā, niſi pro ſe ac pro ſuauitate. Iuuenior aūt moribus, & adhuc erudiēs non propter ſe, ſed pro meritis prouectæ doctrinæ, cuius ſapientia pro principali exemplo diſcentibus præponitur, ad nanciſcendam ſpem meliorum. Poſſunt enim hac æmulatione parentibus ſimilare.

Quare ædificādo illic altariū, nō obtulit ſacrificiū, ſed inuocato noīe domini fixit tabernaculū ſuū? Sacrificia præ omnibus bonis ſine ſanguine, & uictima animaliū pronorū participatio ſapiētiæ alienarum eſſe credūt, qui puro pectore placere deo deſiderant, cuius gratia ſufficere credit inuocationis autoris uirtutem, qua princeps atq; dominator eſt uniuerſitatis, nullius egens. Ita illic figere

C dicitur tabernaculum ſuum, ſuam nempe uirtutem, in qua puritas illa animæ †inhabita cõmoratur, firmiter ſciẽs, dominũ uniuerſorũ principẽ, ſine ulla eſſe penuria. O pura credulitas, quæ factas pridẽ frugum centeſimas excellit.

† inhabitare commemoratur.

Quare poſt quartã putei foſſurã à pueris factam, exijt Abimelech ad eum, & † Acho thalami præpoſitus, & Phicho princeps militiæ? Videnť mihi exploratores potius, quàm pro fœdere amicitiarũ aduenisse, in utroq; parati ad prælium, ſi infirmũ uiderint: ad pacẽ, ſi potentiorẽ. Senſu tamẽ ſubtiliori intelligitur quartus, ut tamẽ innumeris inſignis eſt, in quo conſtitutus ſtudioſus p̧ omnẽ felicitatẽ prouehitur. Sequitur tamen etiã ualde perfecto cõtraria uirtus, præſtolanti & obſeruanti ad incurrendum. Et eſt huius fortitudo tres animæ partes: mentis acumen rationabile, & animoſitas, & deſideriũ. Pro acumine † quidem rex, animoſitate princeps militiæ, concupiſcentia Phichol, qui libidinis uideť eſſe prouiſor. Ocholach quidẽ regna † parcentur ex utraq; manu ſtipatus, hinc atq; hinc ſuo protectu prohibundus, obtinente enim iracundia ut princeps militiæ operatur, eò amplius pandimus dictum ex nominũ translatione eſt Abimelech † Alido, Phichol iracundia.

† Achoza
† ergo
† parenter
† Ocholach

Quare dicentibus & nunc benedictus à domino facit cœnam, & manducauerunt, & biberunt? Nõ pro laude ſua hoſpitio rogat, nec nouit blandire ſtrenuus, aut procacem medelam ſapiens affectatur, ſed propoſitis iracundijs, quibus exagitati præſidere terrena ſortiti ſunt, nunc confitetur unum uniuerſitatis deum, benedictum eum cõfitentur, ſed continuatione ſermonis etiam præteritum æuum declarant, quoniam & nunc, & à principio ipſe eſt ſine immutatione, uel diminutione benedictionis, quem noſipſi ſuſpectum habuimus, nunc uero abſit omnis inuidia. Suſcepta igitur eorum pœnitentia, menſura partici-D pantur dulcedines pro exiſtimatione, pro ueritatis autem allegoriæ, pro hoſpitio, quid ipſe facit conuocando eſſe † trans uos, qui non perdurant in delictis, utpote propitialis & clementiſſimæ naturæ, hoc modo eos ſuſcipiendo pro cibis & potis diſciplinæ, atq; ſapientiæ ſpectaculis ſaginant, quarum eſuriem & ſitim confeſſi, iam nunc fruniſcuntur, ut qui deſtinati perrexerunt, cum ſalute uenerunt. Quidam aduerſarij mores ad animam nocendã, ſed ex contagio uirtutis ſine diſpendio etiã profecerũt, unde cũ ſalute liberatos, à plurimis uitiorũ nexibus inſinuat curatos, præcipue & uno medicamẽtorum remedio pietatis.

† ſtrenuos

Quare pergentibus pueris Iſaac, uenientes qui quartum puteum foderunt, dixerunt non inueniſſe aquam? Quod & iuramentum uocat, & ciuitatem, puteum iuramenti fallit. Poſt iuramenta autoris, quicquid agit iuſtus, hoc fœdere firmari ſperat ſecundum quadrinitatis uirtutem. Vnde etiam ualde ait ſeueriſſimam uocamus uirtutem, ſpectatiſſimam ad capeſſendum intellectum; obſcure autem ſenſualia occupantem, pro incertis eorum momentis, cunctantur enim, & immutationem capiunt uarijs conditionum nutibus. Nuntiat itaque diuinus ſermo poſt natiuitatem quarti filij, ſtabilitatem non ſterilitatem in creatione maxime incorporalis & intelligibilis ſubſtantiæ: hæc etenim ad quartum uſque tenditur. Senſualis uero, quinione incipit, quam non ſine mercede nominauit. Naturaliter itaque, quoniam finis incorporalium uſque in quarto eſt, totius autem rei, & totius diſciplinæ terminus hominum incertus eſt, deo autem manifeſtus, ideo in quarto puteo non inueniunt aquam. Sicut enim puteum fodientes aquam requirunt, ita etiam diſciplinam ſectantes, finem explorant, quod eſt impoſſibile hominibus reuelari. Et quidem ſuperbi mentientes, ſolent affirmare ſe ſummos eſſe Muſicos, ſum-

mos

A mos grammaticos, tranſiſſe uero & philoſophiæ grumos, & ſapiẽtiæ, & totius diſciplinæ & uirtutis metas. *Aſtutus uero, & nõ ſui cultor uel ſui laudator, confitetur* ex aperto quantum deeſt à fine, & iuratus tali fœdere cõſcientiam commendat, quod nihil perfecte homo noſſe poteſt. Hic aliena loquitur, qui tot capitulis ſe exiſtimat tantum ſcire, finis enim ſcientiæ, deo tantum recondita eſt. *Quem etiam teſtem animæ uocat, quoniam pura conſcientia confitetur* ſuam ignorantiam. Sola enim nouit anima, quoniã nihil nouit firmiter. Iuramentũ *igitur nihil* eſt aliud, teſtimonium *dei fidele*, atq; *ſolidiſſimum. Si fidele eſt*, certum eſt, nec placet illi incerta credulitas.

Quare Eſau quadragenarius accepit uxorem Iudith filiam Beher Cetthei, & Barhatnath filiam Elom Heuæi? Nulla quæſtio requiritur ex dicto, relatio autem intelligibilis naturaliter continet, Primo, quod æquiparatus annorũ numerus nuptijs aptus eſt, & in hoc feſtinat peruenire. Quis enim nõ optabit uſque ad uerbum uel ad quantum uidetur imitare potiora, ut ita ſimilitudinem rerum attingat, ita in hoc prauus, & cõmentis eruditus, ſubornatur inſigniũ rerũ titulis, cum ſit denotationis non extraneus. Primus gradus ambitur per fallaciam deferendo, & utpote ignorando inſipiens lucẽ & tenebras, nigrũ & ſplendidum, bonũ & malum, & alia huiuſcemodi æqua ipſe per numerũ, poſſibilitate uero non ſolum diſparia, uerumetiam contraria. Et hæc quidem digna † zelo tartareo. Inde putans prima ſua commenta dirigi, & altera ſuperducit conſilia, quorum reatum uerborũ ſuffragio cælat. Accepit ergo duas uxores, quas Chaldæi uocant Iudith, & Baſemath. Quarum una interpretatur laudatrix, ſecunda nominata. Vides quã feſtinat uiri ſimilitudo? ſe laudari atq; nominari. Ego nõ
B negabo Hebraica lingua, & Syrorũ loquela Baſemath ſuauitatem interpretari. Nominata autẽ Sema dicitur, nõ Baſemath. Hoc ergo prauus ambit̃, non ueritate, ſed fictis elatus argumẽtis. Nigræ em̃ generationis eſt Cetheus, qui exceſſus interpretatur, cuius merita ſectando, nomine ſcilicet tantũ & uanæ gloriæ, digno domicilio habetur beſtiarũ. Heuet enim ſerpens interpretantur, excelſus atq; mẽtis Cetheus & beſtiarũ merita figuræ ſunt ferarum, quibus cari ſunt famuli iracundiæ & concupiſcentiæ, adeo aptiſſime interpretantur imas atq; inferiores ſortitus concupiſcentiæ regiones. Alterius autem uxoris nominatæ pater Elom arietis eſt impetus, pro auſpicio furiæ.

† cœlo illo

Quare has ipſas dixit cõtendere Iſaac & Rebeccæ? Nõ utiq; ex conſenſu, nec enim conſonat pondus figuræ & concupiſcentiæ autori mentis. Veruntamen conſiſtere conant̃ litigia aduerſus bonorũ perſeuerãtiam, quæ eſt Rebecca, & turbelas & cõtẽtiones opponãt, ſciẽtes illorũ regimẽ ſuã eſſe diſſipationẽ.

Quid eſt: Poſtq; ſenuit Iſaac caligati ſunt oculi eius? Ad uidendũ oratoriã partem, examinãtes aſſerunt pro quadã utilitate prouectũ oculos habuiſſe infirmos, poſtmodo enim ſanatus aciẽ habuit luminũ. Et cõtigit utiliter, ne bene dictionis indignus accipiat, ſiquidẽ ueriſimili ratione diſſerunt. Nõ tamen hac uſq; ſcripturæ decus definitur, ſed altioribus titulis allegoriam cautius extendi. Congrue enim dictũ eſt, nõ quia ſenuit caligati ſunt oculi eius, ſed poſtq; ſenectuti morauit, eò plus ſenuit omne corpus. Poſt ſenectutẽ ergo, hoc eſt, cũ decidendo mutauerit. Tũc enim dei feratur anima ſenſibili obſcure cernendo, intelligibilia uero acutiſſime intuet̃, ſi tamẽ etiã hoc edicere ꝓpriũ eſt. Detentus em̃ ad prophetandũ, nõ ſuis utitur cõſilijs, ſed diuino ſpiritu ſubſona præſagit. Et ꝓpheta quidẽ pro organo, deus aũt ꝓpheta, cuius organi plectrũ uerbũ eſt eiꝰ, percutiẽtis per ualde aptiſſimã armoniã ſuã, per quã edicta nuntiant̃ ſuperna.

Quare

C Quare dixit maiori filio: Accipe uas tuum, pharetram, & arcum? Dicto de-
clarato allegoria talis eſt. Subſignat enim prauum nihil pacificum ſentire, gau-
dere prælio, & paratura belli, natura quidem audacem, & plus timidum, uno
*enim* loco *uerſatur* contumacia & *timiditas* ut ſorores, cuius cauſa non utitur
armis aptis conſtantiæ uirtuti, ſed ſagittis pro *inertia* timiditatis: uno enim cer-
tamine deuitantes longiter ulciſcere machinantur.

Quid eſt: Cape *mihi* uenationem, & fac mihi epulas ſicut amo, & affer mihi
ut manducem, quatenus benedicat te anima mea antequàm moriar? Orato-
*ria pars, ut mihi uidetur, huiuſmodi intellectum ſuggerit: duobus* exiſtentibus
filijs, uno beniuolo, altero noxio, noxium benedicere uult, non ante ponen-
do alterius, ſed qui nouit illum etiam per ſemet benedictionis dignum: prauũ
*uero* ſuis *moribus* prohibendum, pro una tantum ſpe ſalutis oracula patris ha-
bentem, quæ niſi impetrauerit omnium foret infeliciſſimus. Altiori autem ſen-
† *ille uadit* ſu dicetur. Primum † *illi det non animalia* capere, ſed *uenare* peſſima & ferociſ-
ſima uitia, uti more immaniſſimi animalis, ulciſcatur illas, & perimat. Secũdo,
ut præualere poſſit, non ut ei mos eſt, ſed ut patrem libet. Omnis enim eſca pru-
† *& ſtrenuas* denti optime per intellectus & ſermones † ſtetit renuas operas. Si ergo cœperit
peſſimorum uitiorum uoraginem, & pro eſca ſuauiter mihi condas & offeras
amabiliter mihi, demonſtrando iſtam tuam operam, reficiar quidem ego tuis
*meliorationibus*, atque ſucceſſibus: optabit autem tibi bona non compoſitus
ego homo, ſed quod eſt in me auguſtiſſima ſobrietas animæ.

Vt quid Rebecca his auditis ait ad Iacob filium ſuum: Audiui patrem tuum
loquentem ad Eſau fratrem tuum? Bene atq; obſeruantiſſime hunc quidem
Iacob, filium autem ſuum minime, conſtantiſſimi enim & ornatiſſimi mores
D perſeuerãtiæ, ne poſt merito uacatur, procax uero & iners nequaquam illum,
† *fundatur* itaq; ſors in pace † fœcundatur & requie, huius uero non ita, quamuis enim cõ-
ſtantiſſimi & temerarij fratres ſint, attamen poſſunt ſibi eſſe contrarij.

Quid eſt: Nunc ergo fili audi me, & perge ad oues, & accipe mihi inde duos
† *& optimos* hœdos molles † Aegyptios, & fac cito eos patri tuo eſcas ut amat, & manduca-
bit, & benedicat te ante mortem? Vaſtitas corporis, & inſita robuſtis certa
eſt ex præparatione epularum, duos nanq; pingues hœdos ſumere pelorij cor-
poris eſt, cum nimietate fortitudinis, quæ omnem paleſtricoſibilitatẽ ſuperat,
& ſi in ſenectute duobus utitur hœdis pro cibo, quotiens putas in iuuentute?
Hoc non pro auiditate dictum, continens enim fuit, ut nemo alter, ſed pro mi-
ra quadam ſtructura dum oportet *ſectatores uirtutum*, & *tanti generis autores*
mirabile magnitudinis corpus habitare. Sed hæc tranſitoria *uia* dicitur, illud ue-
ro præcipue dicendum eſt: Sententiæ ſolertiſſimorum non dimicantur inter ſe,
ut quidam putauerunt, horum enim armonia inſeparabiliter ſibi conſonat, ad
unum enim terminum feſtinat, uno conſilio freti. Ideo deſiderat mater ſibi ſi-
milem digna nanciſcere, pater uero non uult dehoneſtari ex eomet natũ, ege-
ſtatem peſſimi moris per miſericordiam emendãdo. Hæc oratoriæ partis reddi-
tio eximio tamen ſenſu, ita anima cultrix pietatis habet quendam perſeueran-
tiæ affectum Hebraice dictum, Rebeccam habet paleſtricum ſuum quomodo
natura Iacob, utpote ergo in concilio animæ morum ſuadet perſeuerantiam pa-
leſtrico eundo ad pecora, hoc eſt ad lenes & puras auras, quibus cenſura lauda-
bilis ſua capit augmẽta. Accipe mihi inde electos quos appellet hœdos, unum
pietatis amorem, alterum humanitatis. Secundum figuram hos ergo etiam pa-
tri tuo, qui eſt clementiſſimi pectoris, titulos libẽtiſſimos *pronunciabo*, quibus

refectus

A refectus, te ſibi ſimilem faciat deſtinatione benedictionis.

Vt quid reſpondit Iacob: Eſt Eſau frater meus uir piloſus, ego uero lenis. Timeo, ne forte palpauerit me pater, & inueniar in conſpectu eius tanquam contemptor? Coniectura lectionis rationabilis ſimul ac uериſimilis, quantum uero ad intellectum naturaliſſima. Nam etſi quaſdam ueſtitus ſpecies continentia tanquam in ſpectalon temperantiæ fallere uidetur, contemnendo ueritatis † factorem, ſolitum uice optimi medici aptiſſime ſcrutare membra, quibus ſanitas & imbecillitas declaratur omnis. Igitur directis uocabulis ſummæ nuntiantur, ſenſus enim luxurioſus, incultus ſordibus, agreſti luco ſimilis, ut habitaculum ferarum. Continens uero, lenis, & tranquillus, & parſimoniæ ſocius. Pater uero non de palpatu, ſed de ſcrutatu partiũ animæ totam planam inueniendo, ſeruantiſſime dignatur eum non uti contemptorem reſpuere, nec enim, ait, poſſunt ſobrij tali uitio maculari. † *fautorem*

Vt quid dicente eo: Adducat ſuper me maledictionẽ pro benedictione, mater ait: Super me maledictio tua fili? Dignum eſt hic maternum laudare fauorem, confitentem excipere maledictum pro eo filio, qui utriſq; tuetur parentibus pro honore. Agitur enim gemina pietate, ne uideatur fallere patrem, uſurpando priuilegium alterius, neue matri minus inueniatur obtemperaſſe. Adeo uerecunda pietate reſpondit, nõ quod maledictum aliquod prolaturus eſt, ſed ait nequando ſuperducat maledictum, quamuis ille pro uiſceribus pijs quiuerit, ne forte conſcientia mea pulſata, tale aliquid accipiat incuſando memet, tanquam merita maledictio paretur.

Quare accepit Rebecca ſtolam Eſau bonam, quæ erat apud ipſam in domo,
B & ueſtiuit Iacob? Scriptura clara eſt, dum per ſtolam, qui uidetur abſens tanquã aſſiſtẽs eſt. Vide intellectu uero ſubtili: Ita prauus alias ſtolas habet, ac plurima ueſtimenta, quibus ut callidus ſigna iniuriarum occulta habet, tamen ut unam bonam ſtolam ſenſibilem, & oſtẽtatoriam cenſuram pro induſtria uſq; ad uerbum quam ex Muſica diſciplina imbutus placare feſtinat, † non unã naturam perfecte malus eſt, ſed etiam contrarietatibus temperatus iuſtitiæ & iniquitatis, documẽtis infamiæ & beniuolentiæ, optimorum & malorum eſſe † uirorum, qui mediocrius delinquit, dum nullus ſine peccato † Erupides quoq; irreprehenſibilem dixi, tamen quibuſdam † abundantur malitiarũ fomenta turpia, iniqua, adeo prauis aduerſantur ſtrenui, quibuſdam tamen ita altrinſecus ineſt temperantia, ut nonnulli omnia peſſima obtineant abſq; uno bono, nonnulli *omnia neceſſaria ſine ullo malo. Quos ſolet philoſophia ſummos uocare ſecũdum malitiam & uirtutem.* Videtur ergo de induſtria dixiſſe, & ex aperto: rurali uero ſtolam aptam non eſſe, ideo apud matrem fuit, necdum illi donata, ſed iuſto reſeruata. Tu ſi unam habere ſpeciem laudabilem quaſi ſpectabilem aut prætextam, uel urbanam cenſuram cæteris omnibus uituperabilis conſtitutus. Fautrix uero mater animæ perſeuerantia, decernens nequando inbruide pereat, ſimul & unifaria cõtingat ruina, apud ſe reſeruando, & cuſtodiendo ſtolam aſſeueratur, qua accepta ornat palæſtricum quẽ ſollicite applicat ut patri. Et ſicut eſt familiariſſima res Muſicæ cithara, gubernatori temonum retinaculum, & medico collyrium nõ † tempeloxij plenum, qui cupiunt etiam naues aureas habere, & medicamẽtorum horrea *plena, ita certa cenſura* eſt, & elegãs pulchritudo, quaſi non quidem proprium prædium alterius, ſed proprium artificis digne & proſpere utentes.

*† nomanam quam*
*† uirum*
*† Eurupides quoq; neminẽ irreprehenſibilem*
*† abundãt*

*In utroq; exẽplari ita legebatur forte nõ tantopere locupletiũ erat legendum.*

Quare pelles ſuper brachia, & nuditatem colli poſuit? Dictum inſinuat,

C qua poſſit latere, aſſiſtens patri ne uideretur quis ſit. Sed abſens frater circundat brachia, & alia proxima membra ouili pellicula. Fuit nam ille denſo capillo, ſubtili aũt intellectu. Brachia, & terganea colla omniũ ſunt fortiora, lenia atq; aperta ad ueritatẽ habet ſtrenuus uir, ſicut alias uirtutes, ita fortitudinem ſectatur. Cum autem hanc obumbrauerit denſando, pro neceſſitate temporis & utilitate utitur, permanens in eodem ſtatu, & præcedẽtia uota non excedens. Pro ſecundis autem caſibus immutatur, formam in alteram pro uſitate uidentur: Hoc enim etiam medici ſolent obſeruare, immutantes remedia laborantium, quàm habuerũt ante languorem. Medicus autem circa uitam rerum pro ſtatu temporum fit, ſapienter gubernando inſipientiæ momenta, & uiriliter timiditatem & iuſſe iniquitatem dicebat, etiã mendoſa minus mentitur, & fallat alienus fallaciæ, & detrahebat non derogando.

† Eſau ¶Quid eſt, Dedit † Iſaac & panes quos fecit in manibus Iacob? Complenti uitam, mauult perſeuerantiam nõ modo per ambitionem ſtudij, ſed etiam pro merito certatoris agere: eſt enim naturalium conditionum mater, quæ porri-

† panibus git in † manibus auſpicia, parſimonia quidem panis, pro pura autem & abũdantiori refectione cæteras epulas.

¶Quare interrogante patre, Quis es tu fili? Dixit: Ego Eſau primogenitus tuus, feci ſicut locutus es mihi? Item fallax eſſe uidetur à bonis emotus prauitate negotiationum, nanque pro uirtute acquiſita ſolent calumniatores fallaciam nuncupare. Quid autem diſpenſabilius utilitati, quam optime ſtudioſa turpiſſimi quoq; & ſcrupuloſæ uitæ homines, & optimi uiri exquirunt. Dicit enim & magiſter militiæ, pacem uelle prælia parando, & pacis tempore arma renouando, ita demum etiam rex amictu ſubornatur priuati pro utilitate, ſi ali-

D ter non poterit euadere, expedit enim ut ſubiectis, ita & domeſticorum conditionibus. Hæc pro partibus orationis. Altius autem dicitur uniuſcuiuſq; noſtri anima plurimos habere infra ſe tanquam homines, pro uarietate accedentium rerum, utputa in me eſt & Eſau ille ligneus, nequaquã flexibilis, piloſus item, & obſcurus ad captandas uirtutum fruges, & procax, in montibus paſſim procedens. In me etiam Iacob lenis, nec temere audax. In me & ueteranus, & iuuenis, & priuatus, & magiſtratus, in me & religioſus inquit, & profanus. Si enim ſtudioſus fuero, differentia uirtutis oſtentatoriæ, & procaciter ego tantummodo quantum oculis placeres, ſufficit ſapientiæ & iuſtitiæ merita diſſimulando. Dicendo itaq; Iacob, Ego ſum Eſau, imploratione naturæ non mentitur, dũ anima ſecundum illius ſpeciem mota eſt.

¶Quare dixit pater, Quid eſt hoc, quod tã cito inueniſti fili mi? Habet oratoria pars rationabilem redditionem, allegoria quoque tanto melius dementi em ſufficientes moras uenationi, compendioſiorem inuenit, & minus quàm æſtimauit, altior autem ſenſus ita poſcit. Miratur prudens, ſi tam cito prauus eruditus ſit repentino ſtudio melioratus, ut non tantum aſſumeret induſtriarum titulos, ſed etiam per ſemetipſum inuenire potuiſſet celeriter, tam ſubito ex inertia ingenioſus, qui pridem ligneus eſſe putabatur.

¶Quare reſpondit, quod tradidit dominus in pectu meo? O ſobrioſa reſponſio, & apta religioſo animi magiſtro, aſſerenti, nulli mortaliũ auxilioſum eſſe. Tradidit enim mihi diſciplinarum pignora ſpectatiſſima ſapientiæ genitor, cuius gratia non tantum doctus, ſed etiam poſſibilis factus ſum ad inueniendum: Qui enim deo utitur prædicatore, & proficit, & prodeſſe alteris idoneus eſt. Proficit uero inſtructus, prodeſt inueniendo notos, ac minime diſſonantes.

A tes. Poſtmodum autem doctoris dignitatem aſſumit: Approxima mihi, & pal-
pabo te fili, ſi tu es filiꝰ meus Eſau. † Et nõ incredulus primo caſu ſtudioſus † mi † vt
ratur, ſi tam ualde prauus incrementa habuit uirtutis olim ſurdus & tardus, mo † mirator ſit
do ſtrenuus effectus. Secundo, quod nõ ſolum quæ dicit meminit, ſed ipſe plu- tam
rima acquiſiuit, utpote de ſterilitate fœtoſus. Tertio, quod titulos diuinitus lar-
gitos refert, & deum confitetur autorem, † qua pro miro pauore motus, ait: Ap † quapropter
propia mihi, cupio enim noſſe diligentius, ſi tu ille es, & non alter. Vnde etiam
palpando eum dicitur, aut potius manu quàm mentis intuitu examinãdo quæ
modo dicta atqꝫ geſta ſunt, & conferendo ea cum antecedentibus uerbis atque
operibus, inuenit in eis non magnam diſſonantiam.

¶ Quare poſt palpatum dicitur: Vox quidem uox Iacob, manus uero manus alias
Eſau? Voce nunc accipit nõ oris ac linguæ pulſantis aërem, ſed † pro caſum di † pro caſu uin
ctam, & habentem differentiam pro ſuo † iudicio. Deſignatio enim pietatis † eſt dictam
ſpontanea figura, congrua † exercitoris moribus cõtinentia, quibus beniuolen † indicio
tia & ſanctitas oriuntur, huius gratia recuperauit ſermonem, dicens: Vox qui- † &
dem uox Iacob, manus uero manus Eſau. Subnitendo, quod nõ uocem quam † exercitorijs
libet, ſed eam laudat, quæ profeſſa eſt autoris eſſe emolumenta bonorũ, quod
erat alienũ praui, prauum uero continentiam ſtudentis & exercitati pro libidi-
ne doloris eligentis hanc uitam utiliorem & precioſam credenti. Manus autẽ
poſſunt eſſe indocti ad effecturam, multa enim inofficioſe tentant agere, nõ ex
integritate cordis, aliquoties enim & religata ſibi praui reſiſtũt, & ſenectuti de-
ferunt, & amicitiæ iura conſeruant. Sed hæc pro ſua auaritia gerunt, ut captata
oportunitate quoſdã amplius decipiant. Ita falluntur minus ſobrij modico teſti
monio ſeducti, & friuola mirantes. Cautus aũt, & *gerendorũ* cauſas, & *conſilia*
B rerũ requirit, *uituperabilia reprehendendo*, doctus & *reſponſis* diuinæ ſcriptu-
ræ, quæ permittit *iuſtitiarum titulos iuſte ſectari quàm iniuſte.*

¶ Quid eſt: Non cognouit eum, erant enim manus eius quaſi manus Eſau fra
tris eius? Quod paulo ante dictũ eſt, eo amplius conſignat, inſtruendo poſſe
aliquoties ſimiliter benefacere bonũ & prauum, ſed nõ ex uno miniſterio, ille
enim perfecte bonũ, iſte deſponſando ſibi fraudis momenta, nihil enim proba-
tur inſipientia agere, ſed uotum niſi machinam fraudulentam quæ naſcitur à
Mercurio, ut Tragicus ait. Ideo adiecit, quod ſimiles ſunt operibus, non tamen
eadem qualitate amborum, litigant enim utrorunqꝫ conſilia.

¶ Quare ait: Benedixit eũ, & dixit: Si tu es filius meus Eſau? Iam reſonat uox
legis dei per *eloquium* ſanctum, & *ante particulares benedictiones* quid ſit be
nedictio, maxime cũ ipſa reprobatur deũ fuiſſe ſecrete benedicentem ante uer-
ba dicentis. Illo enim necdũ ori liniamenta diſtinguente *præſcia uirtute culmi-*
nis deſtinãtur benedictiones, uſqꝫ in finem paratiſſime pronũciatæ. Vnde etiã
terminũ deſignat reſponſo diuino lex, prius declarãdo quoniã benedixit eum.

¶ Quare cum manducaſſet, odoratus ueſtimenta dicitur benedixiſſe eũ? Di-
cta huiuſmodi *nullam poſcunt dubitationem.* Pro *mentis aũt intuitu habet* re-
lationẽ neceſſariã. Veſtis auſpicatur cenſurã ſpectabilẽ, quæ eſt apud paucos ꝓ
babilis. Exiſtimatio eſt etiã altera pars minus uituperabilis, quã ſectant̃ etiã mi
nus ꝑfecti, ita demũ merito ſtrenuus † utator huiꝰ ſtolæ ꝑſeq̃t̃ ad fructũ meliorẽ. † ut autor

¶ Quare ſic incipit benedicere: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, quẽ be
nedixit deus? Plenus itaqꝫ ager ſerendorũ, arborumqꝫ florentiũ frugiferis au
ſpicijs, benedictionis quoqꝫ dignus, qui nõ † tempore egeſtuoſus à fœcunditate † tempore ſe-
ſit, ſed perenni fertilitate refertus. Eſt enim anima plena ſapiẽtiæ, & ager paſti- getis

C natiſſimus diſciplinarum capax, fruges autem facit laudabiles ipſis operibus ue
† proprio ritatis, quarũ ſingulæ † pro pio pollentes odore benedicũtur, pro uigilantia pu-
dicitia. De ſingulis enim uitales oriuntur uapores ſuauitatis in dicendis geren-
disq́; ſuos etiam approximantes delectant, quod melius eſt totius libaminis &
hoſtiarum, & odoramentorum iucundius: pulſantes enim mentes incorporali
ter, exhortãtur ampliare charitatem. Eſt enim pro integro titulo pleniſſime di-
ctum, quod ſiquid benedicitur, acceptabile eſt autori domino uniuerſorũ, ipſa
ueritate plenum agrum bonarum uirtutum in corde operantis. Res autem mi-
nus perfectæ ſunt & fluxidolæ, quæ elongantur à ſcientia dei.

Vt quid ait: Dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ? Summæ be
† creator nedictionum ordo proceſſit. Hũc enim habuit ſtatum *etiam* † creatura mundi,
eodem ipſo profectu deſcribente datas prærogatiuas cœlo ſecunda momenta
terrenis inſtruendo: Quod uigilantiſſimo cœleſtia pertinent, poſtmodum ter-
rena & corruptibilia dignis. Illa quidem pro capite haberi ut ſuperna, hæc baſis
& ultima etiã in hominẽ cõpenſatur mens pro cœlo, rationabilis enim in utro-
que: ſenſus autem pro terra, quia minus rationales. Et ſecundum alterum pin-
gueſcere ſenſum & rorificari mentem. Nunciatur autem pro rore ſermo diui-
nus, *cum manſuetudine*, & *aſſerũt* ipſum cœlum animal eſſe *inde* credo Apol-
linariſtas *incarnationis* animam negaſſe indignam ſaluatoris exiſtimaſſe. Me-
*rito ergo optauit magnificatori melioratum rationabilem*, lenitate *frequenti-
us ꝓfuturus principãtibus*. Pinguedo uero copioſæ ſumminiſtrationis ſenſua-
litatis ſecundum continentiam gubernãtem. Dixere etiam antiqui, diuitias, pa
renteles, amicitias, & dignitates, & alia *huiuſmodi* extra corpus eſſe. Sanitatẽ
uero, fortitudinem, & ſenſibilitatem *in anima* eſſe: Animã *ergo mens protegit*,
D & ſenſus mente ſtipatur. Vnde certum eſt deo omnia ſeruire, cum præcipuo or
dine inchoamus, quem ipſa mens ſortita eſt.

Quare dixit: Seruient tibi gentes? Non ſunt *iniqua* legis inſtituta, ut omni
† cum eo no gentibus ſeruitutem pronũtient, † cum etiam minimos in libertatem uocare
† altercentur conſueuit. Nouit tamen non omnibus utilem eſſe ſecuritatem, nec † acurent
iura, per requiem diuaricantibus gentibus aduerſus ea quæ expedit. Cuius rei
gratia prodeſſe uitijs ſtudens, dominum eis inſtituit, utpote agnatorẽ, ut men-
tis ingenio procax infrenaretur caterua. Per allegoriam tamen illud oporteret
proſequi, gẽtes plurimas eſſe in animæ partibus ſingulis, minus rationabilis ira
† acerbò cundiæ, concupiſcentiæ quibus expedit amminiſtrari † à uerbo, ipſe enim na-
turaliter eorum princeps & dominator eſt.

Quare dixit: Adorabunt te principes? *Dilatauit ornatiſſime ſermonem*,
prius priuatos ſubijciendo, poſtmodum principes. Sunt enim *principes ſecta-
rum* quarundam præſidentes, quibus ſollicitudo eſt, hæc curare quæ corpori ex
pediunt, & pro ludibrio accipiunt induſtriam, ſapientiam, pudicitiam, conti-
nentiam, patientiam, & horum ſimilia.

Quid eſt: Eſto dominus fratris tui? Copotiſſimum confirmat, & *paulatim*
progrediendo augmentis *declarat illic* priuatos, *hic* principes, nũc proximum
generis fratrem obligãdo, putãs ne magiſtrum humanitatis & *manſuetudinis*,
tam iniquiſſimum titulum diuinis inſeruiſſe ſcripturis? Quid enim huius iniu-
riæ, uide quid loquitur ſapiens huiuſmodi peius quàm frater fratri ſubiectus ſit.
Hoc quidem nec ſuſpicari, nec dicere fas eſt. Vt enim paulo ante dixeram, uti-
† iudicat uere liſſimum enim non arbitratur, *inſipienti libertatem* deſtinare, quem † iudicat
dominum ſtudioſum, & prudentem uirum, qui cum tanquam medicus bonus,

ut

A ut his arceat infirmitates, curãdo reficiat. Cæteras etiam animæ anxietates ſana/
re quamuis ſolent aſſeuerare nonnulli, germanas eſſe partes animæ rationabili
tatis & minus rationabilis, impetrare autem oportere, & dominare rationabili
tatem, per iuſtiſſimam legis naturam deteriora ſubijcere: melior enim ſtatũ ob/
tinebit, quandiu principatur ille. Porrò ſi indignatur, ut populi rebellantis cal/
loſitas abſente magiſterio ſentiat pœnas ſæuiores. Excipiet etiam gubernator
clades non apte regendo carinam, & auriga male agitando, & dux exercitum
incaute ſtruendo, & diſpenſator, & ciuilis ſeu magiſtratus male adminiſtran/
do, quorum omnium peior eſt anima ſine rectore.

Quid eſt: Qui te maledixerit, maledictus erit: & qui te benedixerit, benedi/
ctionibus repleatur? Naturale arbitrium promit, maledicendo enim pruden
tem ſemet anteceſſu ſauciat: & laudando, ſeipſum conlaudat. Reuera enim
laus eſt beniuolis, quod ab odioſis odiuntur: & qui diligunt iuſtum, ſemper di
liguntur. Ita non dixit, quod meretur maledictum maledicendo, & benedicen/
do benedictionẽ, ſed q̃d is ſemel maledictus eſt, ut eſt alter ſimiliter laudabilis.

Quid eſt: Factum eſt cum exiſſet Iacob à facie patris, uenit Eſau frater eius?
Parte oratoria ſine ambiguitate conſtituta, auſpicia naturaliſſima, & aptiſſimi
tituli dicentur. De contrarijs enim ſi alterum egreditur, ſuperuenit aliud, utpu/
ta exeunte penuria uel ignominia, diuitiæ & gloria ſuperueniunt, abſente lan/
guore & infirmitate, adeſt ſanitas & robuſtas. Hoc modo deficiente continen/
tiæ uerbo, excruciante contumaces uitiorum intemperantia decurrit, cum
ſuo defenſore & propugnatore. Neque tamen longius tenditur interſtitium,
ſed ad quantum duxerit momentum, quantum exierit, tantum ad inuicem ſibi
B præſtolatur arte quadam obſeruatiſſima, ne punctum temporis ceſſant animæ
uacuitatem relinquere, neceſſe enim capacem contrarietatum plenam eſſe ſu=
peruenientium habitaturum.

Quid eſt: Fecit ipſe eſcas, & obtulit patri? Vides pro Iacob, teſtante elo=
quio, feciſſe eum epulas ſicut amat pater, huic autem non ita, licet ſiletur de no
mine placentis: Equidem ſimilia ſtudioſis agere praui machinantur, nihilomi/
nus odio digna ſunt, dum non puro conſilio obſecundant. Quis enim ignorat
commentatores uelle ſapientium ſimiles titulos proſequi, & amplius, & forti/
us perorare, utpote uerborum arte munitos, ſed illa omnia diſſonantia curatiſ/
ſima tamen uidentur, nullo ſubſiſtente decore, propterea etiam interpretatorũ
moribus ſunt indiſciplinati. Hæc uero libentiſſima, & ſuauiſſima, de ipſo fonte
beniuolentiæ dulcedine mittunt.

Quare ſic dicit: Exurgat pater meus, & mãducet ex uenatione filij ſui? Diſ/
ſimilis huius ſententia priori, ille enim ingrediendo recta uoce patrem nomina
uit, immanis autem & ferox, quaſi de altero ad alterum: Surgat pater meus, &
manducet. Inuitus † enim rem ipſam confitetur, à naturali neceſſitudine coa/ † ergo
ctus, quoniam copioſam filij uenationem, ſcilicet manſuetorum, alioquin gur
gite ferocitatis detento, inſanabilis languor proueniet.

Quare interrogando eum: † Iſte quis eſt? Vnum adiecit filij, quod dixerat † Iſaac
priori. Hæ ſunt ſuauitates, quas diuina ſcriptura condere dignatur: diuino ſer/
mone temperatus, corripit enim & tacere monet inſipientem, alienantem ſe à
recta ſententia, nullo liberalitatis iudicio inſtitutorum, nec aliquo digno ſo/
brietatis titulo.

Quare dicente Eſau: Ego ſum primogenitus filius tuus, eſces ſumentis de/
tentus eſt pater ualde uehementer? Incremẽto ſermonis extenſo, lectio notũ

C fecit, quod ultra modum compunctus eſt. Indignatur nanque quod primo qui
dem filium ſe confiteri præſumpſerat prauus, ne quidem famuli ordinem pro/
merẽdo. Secũdo, quod etiã primogenitũ ſe dixit filiũ, primitiarũ deſtructor pro
*† licebit* friuola ſuauitate. Hæc utraq; ſancire † libet Prophetã ſecũdũ merita pignorum,
quæritãtem, quatinus & filius, & primogenitus probaretur. Alter uero ne per/
mittitur ſimilia poſtulare, pro petulantia & ſuperbia ſauciante ueritatem.

Quare dixit: Manducaui ex omnibus antequàm tu uenires? Poſt inſinua/
tionem lectionis, hoc amplius intelligitur: Anima prudentis omniũ fruitur bo
norum, antequàm ſuperueniat extranea cogitatio nõ amica uirtutis, illa enim
inſolẽtius cõmeante, uice uinolẽti præconis placidũ ſcholæ cõuiuiũ cõturbat.

Quid eſt: Benedixit eum, & erit benedictus? Sic prouerbiũ cuiuſdam legi/
*† abit* mus, dicentis: Qui anteceſſu egerit, uenturi præmia portando † habet. Hic pro
prie dicitur de his, qui modo conſiſtunt, inertiſſimus enim ille, per omnia iuſta
& optima procraſtinando, & tardus, & hebes reuelatur: ſed induſtriarum ſecta
tor tarditatem pro diſpendio ponit, cuius gratia confirmat benedictiones eius
aduerſus præſumptionem inertis, ſpernẽdo difficultatem, & reuera hoc modo
*† affectus* habetur effectus, quouſq; enim non irrepſerit † aſpectus alicuius abominandi,
aut uerbum moleſtiſſimum, procedentibus benedictionibus paratur ſpacioſiſ
ſima uia ad proficiſcendum, eo tamen moleſtante, quatitur anima pro odio ma
lignitatis, laceſſitur etiam zelo, plus exhortante iuſtitia ad benedicendum pro
*† firmiori* † infirmiori arbitrio, ut etiam in futuro ibidem ordo perſeueret.

Quare cum audiſſet Eſau, exclamauit uoce magna, & amara ualde, & dixit:
Benedic etiam me pater? Lectio talis eſt: Pro necdum impetrata benedictio/
ne, aſpernatur pro dignis fratri meritis, utpote enim faſcinator curatiſſimam iu
D dicat plus ſuam utilitatem pro alterius detrimento. Adeo magna & amara ex-
clamatio innotuit, eo dicente: Benedic utiq; etiam me pater. Dicetur & altero
ſenſu uerſutia indocti ex utroq; doloſa, & ſibimet aduerſa in negocijs, ſentẽtijs,
uerbis. Vides quid in uno benedictiones appetiuit, in idipſum inuidioſe mo/
tus, attamen inuiſo confirmat uota, aſſerens: Benedic etiam me pater, tanquam
& illi iuſta optando, quæ tamen ore tantummodo confitetur, rem autem ipſam
ſine compromiſſo ſubſcripſit, ſuis moribus ſatisfaciens.

Quare dixit: Reſpondit ſic. Veniẽs frater tuus cum dolo, accepit benedictio/
nem tuam? Quod ſi cum dolo tuliſſet, nempe nonnullus dicat, non eſſe lau/
*Non omnis do* dabile. Quid ergo adiecit: Benedictus erit? Videtur enim ſubſignare, quia non
*lus crimen eſt.* omnis dolus accipitur pro crimine, nec enim ſine dolo latrones à uigilijs capi/
untur, & aduerſarios Magiſter militiæ non ſine dolo capit, & præuctoriæ huius
*† pugilum* ſunt rationes, & † exuſti cum certamina, quibus etiam fallatia uidetur fortitudi/
*† munerantur* nis precioſior, qui enim ita deuicerit æmulos, brachijs & adoreis largius † no/
minantur, hactenus non eſt reatus, uel doli incuſatio, ſed laus eius qui artificio
ſus eſt, in hoc enim ſtudioſus omnia perficit.

Quid eſt quod dixit Eſau: Iuſte uocatum eſt nomen eius Iacob, ſupplantauit
*† nunc bis* enim me iam † altera uice, & primitias abſtulit, & nũc accepit benedictionem
meam? Vtraq; exiſtimando, uera dicere mentitur. Nihil enim tulit, ſed rece/
pit & primitias, & benedictionẽ. Propriæ enim ſortes ſunt certatoris iam & ſuc
ceſſibus meliorato, quæ quãuis aliquis inſipiẽtiũ uſurpauerit ad demonſtrãdã
qbuſdã fictã beniuolentiã, nihilominus ut alienã, aut ultro ſpernit, aut inuitus
ſoluit. Et hæc qdẽ nõ mendoſò, illud ſanè qd inſipiens adiecit, ex aperto mẽtit,
ita aſſeuerãdo: & nunc accepit benedictionẽ meam. Cui iuſte ego reſpondebo,

non

A non tuam accepit benedictionem,ſed ſibi congruam. Tibi autem benedictio à
terris oritur,illius de cœlo: cui etiã tu pro famulo dicatus es,ille pro domino,&
tua ſpes cultrum † ad prælium,illi uero pax quidem amica,ſpes uero pacis meri † ac
to fundit. Cur ergo in tanta differẽtia auſus es dicere,eum accepiſſe benedictio
nem tuam,cuius nulla portio tibi competit?

Quare ſic interrogante: Non dereliquiſti mihi benedictionem pater? Reſpõ
dit: Si dominum illum feci tibi,& frumento,& uino confirmaui eum, tibi quid
faciam fili? In ipſa ſubſtantia ait nullum uotorum titulum, quem dignum eſt
carpere uere bonum pater, † niſi enim tibi ad principatum aptus eſſe dominus † miſi
ditiſſimus: inſipiens uero,pauper, ſeruus, inops, & ſubiectus eſt. Dignum eſt
autem conſiderare,quos fratres dixit Iacob. Vnus eſt enim,qui & geminus,ſed
allegorice,inuitando non ſolum exclamat, quod non de hominibus nunc tra-
ctat,ſed de moribus animæ,qui per partes animæ ſtatuti ſunt, per uiſum, & au-
ditum,& guſtum,odoratum,& tactum, cum umbilicum libidines & concupi-
ſcentiæ opprimunt,cum anxietate & timore propinqua ſunt. Hæc animæ uitia
& germina. Cum autem dicat eum fili,quod eſt in Græco dictum nate, non ut
filio teſtimoniũ parentelæ perhibeat, ſed tanquã paruuli inſipiẽtiam arguẽdo.

Quare dicẽdo: Num benedictio una eſt tibi pater? Benedic etiam me? No-
uit etiam maximus inertiarum cultor, quoniam dei gratiarum copioſi ſunt fon
tes,immo quod mens prudẽtis abundantiam habet bonorum. Quæ cauſa am-
plius efficitur conditionalis,quoniam uidendo laudabilia, amabilia, uitupera-
bilia,cæco enim offendenti datur uenia, tanti autem acuminis uirum reprehen
dat quiuis merito pro lapſis, propriæ tamen † interpretatur,quod & una eſt be † interfatur
nedictio,& plures una, ſecũdum genus plures, ſecundum ſpecies pro differen
B tia interponendorum.

Quid eſt: Compuncto Iſaac,exclamauit uoce Eſau, & plorauit? Nõ ut qui
dam opinantur,ſenectute compunctum: ſuperuixit enim annis L. ſed ſtimu
lo quidem pulſatus,quod tam inertiſſimus nouit optimarum rerum merita,uti
tur autem illis in aduerſis. Quod autem præſtigiati ſumit meliorum, probatam
fidem explorat, expoſcendo optibilia, non à quolibet, ſed à uero amabili deo.
Scit bene nunc aduentibilem eſſe theſaurum,dicẽdo: Num benedictio una eſt
tibi pater? Intuendo ergo ſtrenuus † indutum hæc omnia proſequentem, & in † inductum
nullo prudentiarum conſpirantem, ſauciatur nõ leuiter pro ſpontanea eius im
prudentia. Ego me confiteor legiſſe in Hebræo compunctionem & taciturnita
tem iiſdem literis declaratam: & aliud incredibile in pſalmoza LXIIII. Non
habet tibi dicet hymnꝰ,ſed tibi ſilet hymnus deus in Sion. Et aliud mirũ,nõ eſt
dictum ſoli ſtare,ſed tacere iiſdem aſpicibus, quibus etiam hymnus tacet. Vide
quantam allegoriam compunctio requirit.

Quare exclamante,& poſt fletũ Eſau pater incipit benedicere? Nempe ali
quis dicat lachrymas intuentẽ anima, paſſum pio dolore patrem pro filio: Qui
hoc ſuſcipiatur offendit: prudens enim miſericordia utitur, ſed dignis eã ſuper-
fundit. Digni ſunt miſeri,uel infelices,non ſuperbi,uel facinoroſi. Mouit ergo
obtuentẽ non miſericordia, ſed æſtimatio pœnitẽtiæ ad meliora uenturum, &
uidendo flentẽ,æſtimauit ingemiſcere,ſuſpirantẽ pro ſuauitate infeliciſſima,fe
licitate ſimile huius patitur deprimẽtia Aegypti anima, & Iſraël mentis intuitu
ſtibrium,qui cum ingemuiſſet & exclamaſſet non regibili uoce,ſed intelligibi
li,meruit ſalutem à deo, qui oportunas obſecrationes tacitis exclamationibus
præuenit,pro beneficijs peccantium largiendo.

Quare

C ¶ Quare ita incipit benedicere: A pinguedine terræ erit inhabitatio *tua*, & de ro
re cœli deſurſum? Vides quia ſuperiora terrena cœleſtiũ arbitrando, modus
*iſte probatur, propitio autem* & beneficiorum datori, omnis gratia non admit-
tentis mentem ſub uno deſertum fieri, à *meliori* & beatiori ſpecie priuatum, im
mo *in terreno* corpore deductũ in Acheronte & Pyriphlegethonte cõcupiſcẽ
tiarum. Hĳ ſunt enim tartarei domini, ſed dedi illi fiduciam euolare aliquãdo,
& in cœlo reſpicientem iam deitudinis deguſtare ſcintillas. Sunt enim, qui ex
impuni luxuria diluuiũ paſſi, uitĳs immergunt, nequaquã ſe exinde erigẽtes.
¶ Quid eſt: Super gladium uiues? Quam natus aliter declarauit, inſipientis
fortunã præliũ eſſe imprædicabile. Iuſti uero per altiſſima, gaudente enim ſegre
gatione, & conſtantia: Ille turbas & rapinas explorat quemlibet pati iniuriam
& facere. Hæc mortuis congrua ſunt, illa uiuentibus à deo. Non ſemel, ſed ter
† *nimia* miſerrimum pronũtiabo eum, qui cum † minima ſenſibilitate mortẽ ſuſtineat.
† Hoc ¶ Quid eſt: Fratri tuo ſeruies? † Ob iam proximo bono proſecuti, contumaci
*dignum*, ne laxamentũ capiat, ſine iugo enim degere, perniciosum eſt, dũ ſerui
tutis conditio utiliſſima, ſtudioſum dominum ſortita, & carina ſaluatur obedi-
entibus gubernatori miniſtris, & domus erigitur melius famulis uigilantibus
pro imperio domini, & urbs erit beatior, ſi plebs ſubiecta ſit adminiſtranti, &
† *viles malim* iuuenes ueteranis debitum deferentes honorem. † Felices & indocti, ſapienti-
bus obſecundantes.
¶ Quid eſt: Erit ergo cum depoſueris, & exoluas iugum tuum de collo tuo?
Hoc inquit bonum, quod tu ſuſpicaris eſſe malum ſeruitium, non quolibet ca-
ſu aduocauit tibi, ſed cum petulantiam & tumorem uanæ gloriæ depoſueris, &
cum diſſoluas iugũ uitiorũ de temetipſo, quouſque enim ſic occuparis, ualde te
D extollendo, indignum te ſuæ ſeruitutis probabit prudens: non ut relaxatum
in libertatem, ſed ut plurimos pro uno dominos habeas, infra te penetrãte, qui
tuam animam inceſſanter expoſcant.
¶ Quid eſt: Dixit in corde, appropinquent dies luctus patris mei, ut occidã Ia-
cob fratrem meum? Non in propatulo ſæuit infeſtus, ſed de corde, ut ait Poẽ
† *promitur* ta. Quod enim nõ uoce † promittitur, ſed ſine uoce, & in corde conſilĳ eſt exter
ni & profundi. Talis eſt prauitas malignantium iracundia ſuppreſſa, ſcrupulo-
ſa, inſidioſa, paraturas ſibi impoſſibiles reſeruando, nullo enim genere præuale
bit lædere congeries uitiorum impaſſibilitatis titulum, cui permittitur à natura
*decipientis* animam & *diſſipare*, & perimere. Didicit enim ex induſtria huiuſ-
† *eſt* *modi frater plantare* & *ſuperare: non utiq; ſuperari*, dum † *etiam* uita uerissima
ante oculos eius precioſa, at illi ediuerſo mors quam excipiat conſenſualitatẽ
† *nimiam* † minimam pro peſſimo contagio & inſanabili cruciatu.
¶ Quare cum *audiſſet mater minas, ait*: Surgens fuge ad Laban *fratrem meum*
in Charran? Dictum palàm deſignat præſagium matris, tranſmigrationem
nuntiantis pro cautela dilecti. Mentis autem ſubtilitas hoc poſtulat. Laban in-
*terpretatur* cãdidus, pro auſpicio *certi luminis*. Charran, foramina, *per quæ me-*
atum ſenſualitatis deſignat oculis atq; naribus. Suadet ergo ſecrete anima ſo-
bria ſuſceptis ſuis ſi obſtinatiſſime ueriſſimam uitam ſectando, atrociſſimum
& infeſtiſſimum uicinum patimini, enormiſſimam excipietis cladem. Sin uero
uitatis eius colloquĳs, ualere dixeritis, penitus ſeparati tanquam incorporales,
ne uictum quidem quotidianum habebitis. Sed potius mediam arripite uiam,
nec unquam lædentes eſurie corpus, neue rurſus ſumminiſtrantes illi ſuauita-
tum uaria guſtamina, ſed ſimpliciter fruentes tutiores eritis. Quid enim ſimpli-

cius

A cius candidi coloris, quod Chaldæi uocant Laban? ultra modum ergo meliora
concidere poſſunt ad peiora, mediæ uero habent interuallum ad paraturam cu
ſtodiæ, ne quid ſubito abominandũ proueniat. Ante Chriſti aduentum, iuſtus
illic morabatur, ubi ſigna cœli cognoſcantur per nocturnam mundi ſapientiã,
quæ eſt inter ueſperum & matutinum. Hunc ſtatum primus tranſijt Abraham.
Iam peruide uocabula Chaldæorum, non eſt delirationis aut exceſſus nomen
hoc, ſed culpa deniq; acta in peccatores dicuntur Hebraice ſecundum ſydera, li
cet Laban candor pro luminari indicio Harran foramina pro magnitudine ſtel
larum. Ait tamẽ Abraham tranſitor, quem omnes fideles imitare poſſunt, & ſi
nox occupauerit, non decipiuntur ad maternæ eccleſiæ uiſcera reuocati.

Quid æſtimando accipiam te inde, nequando orbitabor? At nobis lectio-
ne certa exiſtente, per allegoriam differamus mediam hanc larem aſſidue ha-
bitare certatorem, mater inutile arbitratur, ſed ad tempus ei prodeſſe quẽ uult
ſemotum eſſe cognatæ, uel †geminæ malitiæ, utpote in lucidiori quadam men- † *genuinæ*
tis regione exhibernãtem, inde paleſtricon perfectum redeuntem iam minime
decipiendum, utpote ſemipuerum, altero tamen per inopiam ſobrietatis pro
mortuo imputato, ueretur merito paternæ quibuſdam caſibus paulatim cedat
ſimplicitas morum, ſuperfluis & curioſis occupata, aut pro amatore regionis re
dire nequiuerit, intolerabile malum inijciendo animæ, hoc eſt, † ſtabilitatem in † *ſterilitatem*
ſignium titulorum ſapientiæ.

¶ Quare dixit Rebecca Iſaac: Faſtidiata ſum uitæ meæ, propter filias filiorum
Chet? Manifeſtiſſimum eſt dictum: Aſpernatur *enim pro uxoribus prioris*
*interraneis*: & eſt amplius allegoricus *ita* Chet, exceſſus ſiue dolorationis no-
men eſt. Filiæ autem huius intentabiles ſunt incurſiones, quas clementiſſima
B anima pro odio habet, & deſtruit dignus uitij, quæ deferendo quæq; ordinem,
cunctaq; cenſuram.

¶ Quid eſt Iſaac cepit ſibi Iacob uxorem ex hac terra? †Vt quid mihi uiueret? † *Aut*
clementiſſimi pectoris decus, nequando ille deliteſcat per contagium eius par-
tis, quod ſaluari præcipue poſſit, terreno matrimonio ante cœleſtia copulato.
Si enim acceperit, inquit, uxorem, qui iam ſtudioſus eſt moribus inquinatiſſi-
mis, & ſecundum has eaſdem libidines præuaricando cœleſtia, quæ ſemper ca-
ſta ſunt concilia, ut quid mihi uiuere cernenti tam pernitioſam tranſmigratio-
nem uel excidium, utpote *ciuitatis, hoc eſt, animæ* obſidium. Naturalis nanque
frater ultroneus inimicus, à principio detentus odio clementiæ, peruerſas arri-
*puit uias, directo itinere uitato, & manſuetudinis alienatus, ferocitatis extitit* fa
miliariſſimus, inertiam uegetando, & totam mentem furijs deſideriorum ini-
quis †uenatus, ſe religauit aſtutijs. † *uenenatus*

¶ Quare inquit *pater illius*: Surgens, *fuge in Meſopotamiam in* domũ Bathuel
patris matris meæ, & accipe tibi uxorem à filiabus Laban fratris matris tuæ?
Pars orationis in utroq; permittere patrem filio dicit, mandantem ad copulan
dam uxorem proprij generis, *intellectus auſpicialis eſt relationis*, cõcilium bo-
narum cogitationum ſuarum, cõuocando animas uadat meliori parti: Videns
infeſtum aduerſarium, noli cũctare, ſed exurgens dum adhuc firmis doloribus
uteris, necdum certamine prolatam fortitudinem demonſtrantes, nec ad retri-
buentem præualentes feſtinanter *recede. Si enim longius larem conſtitueris*
huius beſtiæ, *tibi melius erit.* Hij †quoq; furore & cõcupiſcentiæ inſtinctu ma- † *quotq;*
litiarum euaneſcunt, eris ergo in Meſopotamia, uerbi gratia in regione Chal-
*dæorum*, & Babylonis. Quod eſt autem integrum uerum os malitiæ, atq; uirtu-

C tis, quæ ſunt meliorationis latera uia duntaxat † diligens aut beatitudine, licet ipſa regio Meſopotamiæ inter duo flumina conſtat, Tigridis, & Euphratæ. Talis etiam in anima grumus eſt militiæ atq; uirtutis, quarum ferox Tigridi pertinet, alter lenior Euphrates, hoc eſt iucũditatis ſucceſſus. Bathuel uero interpretatur filia dei, ſecundo quodam gradu pro maribus ſuſtitutus, ſicut in hæreditatibus prærogatiuus titulus & ſubciſiuus, cui eſt anima locus ille, quem domum ſermo diuinus uocat utiliſſime, ex hac † autem permittit ducere uxorem, amatricem diſciplinæ, nomen autem uxoris poſſeſſio pro filijs generis præclari, quod iam diximus Laban, Græce enim λευκὸς. Sunt autem plurimi perſonis deferentes, quas aut cito laudant, aut cito uituperant. Nobis autem, qui per allegoricũ examen iſta requirimus, quia ſemota ſunt à uiſibilibus, expedit uigilantiſſime nomina ſcrutare, nec alicuius nuncupationis ſimilitudine falli, quorum diſtinctio & diſcretio differentiam rerum declarat, ſicut & modo candor, quem aiunt eſſe Laban, perfecta translatione lucidus uel ſplendens; ſin uero ſecundum uiſibilia tranſtuleris, nomen candoris, hoc eſt albeſcentis coloris indicium, ut ſolẽt pictores ex candore colorum faciem exprimere interno minio: ita etiam Iſaac, qui dicitur riſus, perfecta translatione ſerenus atq; lucidus intelligitur.

† dirigens

Bathuel.

† enim

Quid eſt: *Audiuit Iacob patrem & matrem, & perrexit in Meſopotamiam?* Laudetur etiam oratoria pars, quæ continet filium † eſſe obedientem utriſque parentibus, quidam † autem ſemiplenam & mancam exhibent deuotionem malis, nec ipſam quibus legiſlator interminatur mortem, inde merito certum eſt, uitam & immortalitatem prædicari, qui recto corde, & integra mente utrorumque parentum pietatem ſuſcipiunt. Pro intellectu tamen altius ſpeculantes, æſtimamus hunc titulum eſſe laudabilem, cum ſtudioſi ſobrietas moribus ſynceri † paſtori ornatur, & uerbo prædicantis defert pro paterna uirtute, & diſciplinarum dignitati, fauens pro materna quoque clementia, quæ nutrit & diligit.

† ipſe

† enim

† pectoris

D

Quid eſt: Videns Eſau filias Chanaan, quod malignæ in conſpectu Iſaac patris, perrexit ad Iſmahelech, accepit Melchol ſororem Nabeoth ſuper uxores ſuas uxorem? Perpendere ſtatim monemur differentiam prioris, & huius de quo nunc ſermo eſt. Ille † autem utriſque placebat parentibus hominibus, ut cenſura diſcipuli magiſtris: Hic autem neutri obſecundat, ſimulato autem fauore deferendo, matris quidem nec meminit unquam, patrem uero hucuſque, nec ita demum infeliciſſimus ſaluat fictum obſequium, ſed palàm cum cognouiſſet, quod aſpernatur interraneas pater primas quidem non repulit, alteram autem ſuperducit, augendo peccatum non obſoluto priori. Vnde profecto notas aduerſus eum promendo, dixit eum non remiſiſſe, ſed ſuperduxiſſe prioribus uxoribus uxorem, non tranſitorie, ſed pro teſtimonio fauoris, quem habuit ad extraneas ſapientiæ & pudicitiæ fœminas, quas pater malignas iudicat. Nullius accipiendo perſonam, qualem tibi dicam ô infeliciſſime etiam tertiam illam deſponſationem, de qua poſſit etiam priores emendare, abſit, ſed ut rurſus acciperet, & præmuneraret eam, quæ uitam ſine uita conficiunt, merito uocatur apud Hebræos Mahelet, quæ interpretatur ab initio, potentia utique libidinis, quæ ab origine mundi, uel primæ generationis coætanea, omni animali pro ſubciſiua innumerabilium malorum tam peſſimam, tam noxiam præparauit etiam approximantibus perniciem. Iſmahel pater eſt, auris contagio uiſionis cæca eſt enim mens concupiſcentijs dedita, nec poteſt intueri tam digna ad conſiderandum ſpectacula, mundum uidelicet, & ea quæ in mundo ſunt, ut ipſi

† enim

*Variabant hic exemplaria, ſecuti tamen ſumus Lauriſſanum ut uetuſtius.*

A ipſius ſenſi naturam, horum enim inueſtigatio ſpectabilis eſt atque aman-tiſſima.

## INTERPRES.

Secundum conſequentiam teſtimoniorum diuinæ ſcripturæ non expoſuit PHILO titulos allegoriæ, ſed ea captare uoluit capitula, quæ uidentur intutui mentis ſuæ ſuccurriſſe.

## LIBER QVAESTIONVM ET SOLVTIONVM IN GENESIN FINIT.

C **PHILONIS IVDAEI**

## LIBER DE STATV ESSAEORVM, ID EST MONACHORVM, QVI TEMPORIBVS AGRIPPAE REGIS MONASTERIA SIBI FECERVNT.

DE ſtatu Eſſæorum diſputaturus, qui actibus ipſis non uerbis
æmulati ſunt ſemper agere uitam, ne mediocrius adſeram in
plurimis partibus differẽtiores, ſtatim etiam religionẽ ipſis
rebus ſpeculantes, integre indicabo, nihil de meo pro com-
mendatione meliori inſerendo, quod ſolet inopia bonorũ
poëtis, omnibusq́ꝫ cauſidicis contingere, ſed ſine arte circũ-
plexus ueritatem, quam ualde etiam eloquentiſſimos uita-
re optime noui. Certandum eſt ergo, atq́ꝫ deluctandum, ne magnitudo uirtutis
eorum rea ſilentij exiſtat, ijs qui omnem rem optimam ubiq́ꝫ prædicari permit-
tunt: dum beneuolẽtia philoſophi de prima ſtatim ſalutatione nominis cõpro-
batur. Cultores ergo & cultrices pietatis merito uocentur, plus quàm medici-
na remedia promittentes, oppidò enim corpora curat, hæc etiam animas reficit
D pesſimis imbecillitatibus inſanabiliter detentas, quas prouiderunt libidines, &
amores, & triſtitiarum trepidantia, uſurpatione atq́ꝫ inſipientia, & iniquitate,
† At cæterorumq́ꝫ uitiorum & malitiarum inexplicabilis congeries. † Ad quantũ ue-
ro naturaliter, uel de ſacris potius legibus ſunt inſtructi, illud colere quod eſt eti-
am boni melior, & uno ſyncerior, & unionis præcipua fons eſt. His comparan-
dus eſt, qui ſe nimiũ ſuperſtitioſos adſerũt, aut nempe eis qui elementa honori-
ficant terrena, aquam, aërem, ignem, quibus etiam pronomina poſuere altera:
Ignem quidem Vulcanum, pro accendendo puto uocantes, Iunonem aërem
pro leuãdo uel ſuſpendẽdo: aquã uero Neptunum forſitan proputando, terrã
uero Demetorem, ad quantum mater omnium eſſe putatur, plantatorũ atque
animalium. Et quidem nomina ſophiſtarum ſunt inuenticula, elementa uero
materies ſiue anima, ab ſe immobili artifici ſubiecta, ad omnes figurarum &
qualitatũ ſpecies: altera uero quæ apotheliſmata uocant, ſolem, lunam, aliasq́ꝫ
† aut ſtellas, planetas † autem minus planetarum uſque cœlum ac mundum, ne ipſa
ab ſe facta ſunt, ſed à quodam creatore perfectiſſimæ diſciplinæ. Certe ſemideos
† enim alij colentes, ignominia dignum: quonam † autem modo & mortalis idem ſit,
& immortalis? omittam originem erroris puerilis inconſtantiæ plenam, quam
uiſi ſunt non ſine pernicie ſua obijcere beatis, diuinisq́ꝫ uirtutibus, utpote mor-
talibus uxoribus immorantes conuenerant totius uitij inſontes & felices. De-
lubra quoq́ꝫ & ſimulacra, quorum materia lapides & ligna, quæ ante paululũ
† paria ſine forma, ingenio artis inciſa, quorum germina uel † patria lauacrum uſo uel
pedum lauandorum, alijsq́ꝫ inhoneſtis uſibus, quæ tenebrarum non lumi-
nis miniſterio cedunt. Aegyptiorum proinde portenta nec meminiſſe melius,

qui

A qui muta animalia non modo manſueta, ſed etiam immaniſſima pro deorum
honore poſuiſſe ſublunaribus auris. De arida quidem leonem: undarum uero
inuiciniſſimum crocodilum, & de uolatilibus miluum, Aegyptiacam aucel=
lam, ibin: Hæc intuentes ſubſtantiæ carentia & eſcæ egentia, & ad edendũ rapa
ciſſima, & plena ſtercoris, † uirulenta, atque homicidas uarijs ſubiecta mor/ † uorulentia
bis, nec tantum naturali morte, ſed etiam negatitio uenerantur mites homines
immaniſſima, & rationabiles minus rationabilia, & quibus propinquitas eſt
ad diuinitatem, ne monſtris quidem comparandis ut principes & domini, ob/ † comparati
noxia & † fabuloſa ſuſcipientes, ſed hos quidem, qui non tantum eiuſdem ſo/ † famuloſa
cietatis, ſed etiam proximantes ſibi repleuerũt uerboſitatis, ſine medela perma=
nere dignum eſt, intuitu mẽtis, qui præcipuus eſt ſenſuum portus obſtruſi. Di/
co autem non corporales oculos, ſed animæ quæ uerum & mendacium directò
cognoſcit. Genus igitur religioſum, ſemper cernere doctum ſubſtantialis cul
minis maieſtatem, digne pietati admittitur commendari, ſenſibilem onoſolem
tranſgreditur, & mundi huius inordinantiam deſerat, ut ita ad perfectam beati=
tudinem deducatur: ad uota nanq; religionis commeantes, non ex uſitato, nec
ex mandato cuiuſquam, aut deprecatione, ſed amore cœleſti rapiuntur, utpote
debachantes, & more corybantum præſagãtes, donec uideant quod deſiderãt.
Hactenus pro amore immortalis, & beatiſſimæ uitæ iã ſe defunctos exiſtiman/
tes, omiſſa temporali gleba dimiſere ſubſtantias filijs, alijsq; cognatis, ſponta/
nea uoluntate ante tempus præhæreditati, quibus autem parentelæ non ſunt,
proximis, uel amicis admittunt: oportuit enim oculatas diuitias diligẽtes cæcũ
relinquere ſenſum his qui adhuc mente caligãt. Anaxagoram & Democritũ
Græci decantant, quod philoſophiæ cupidine pulſati, paſturas ouium locuple/
B tes maſſas ſuas promiſerunt. Miror huiuſmodi uiros etiam ipſos pecuniarũ me
liores fuiſſe, ſed quanto meliores, qui non pecudis poſſeſſiones dimiſerunt,
ſed hominũ penurijs ſubuenerunt, parentes, uel amicos ex inopia copioſos effi
cientes, & illud quidem non integri conſilij, ne furioſos dicam uiros, quos tota
Græcia præfert. Attamen ſobriũ, cũ ſapientia ſuperueniẽte moderatũ, quid eñ
amplius gerãt aduerſarij obſidentes? aut ſecant, aut excidunt cõtrariorũ regio/
nes, ut raritate neceſſariorũ oppreſſi proſternantur. In hoc Democritiani ſuos
læſere cõſanguineos, manu facta ſuis pauperiẽ conſitentes, nõ inſidia utiq;, ſed
ex improuiſo contempſere, quod alteris quanto meliores eſſe credamus, & mi/
rabiliores, eos qui non minus philoſophiæ integritatem ſuperantes, munificen
tiam pro tarditate uſi, miſericordiam deſidiæ præponentes, dimiſere ſubſtanti=
as, non ad diſſipandũ, ut & alijs prodeſſent illi pro copioſitate, ſe uero pro expe
ditione † uanæ religionis, nec curæ prædiorũ tempora conſumant, nec pecunia † ueræ
rum ſollicitudo deijciat. Tempori aũt parſiſſe, quam optimũ eſt, quoniã ſecũdũ
medicũ Hippocraten, uita quidẽ breuis, ars uero longa. Hoc mihi uidetur etiã
Homerus inſinuaſſe paucis carminib⁹ tertiædecimæ rapſodiæ: μυσῶντ' ἀγχεμά-
χων καὶ ἀγαυῶν ἱππημολγῶν γλακτοφάγων. eoſdẽq; ἀβίους appellat, hoc eſt, ſine ui
ta, ſolicitudo eñ domeſticarũ rerũ iniurias parturire cõſueuit, ipſamq; iniquita
tẽ generare ſolet. Iuſtitia uero ꝓpoſiti melioris eſt, ſecundũ naturales diuitiæ cõ
ſtant, omnẽ ſenſum uanarũ gloriarũ ſuperantes, omiſſis enim poſſeſſionibus,
iã à nulla re decepti, recedũt impœnitibiliter relictis fratribus, uxore, parẽtibus,
& omni pluriuaria propinquitate, & amicitiarũ ſocietates, ipſoſq; lares, quanti
ſunt & uiri quarũ cõſuetudo ponderoſa atq; inſidioſa eſt. Trãſmigrãt ergo non
in altera ciuitate † ſurſum, ut ſolent uenditionibus ſubiecti, ſerui infeliciſſimi, † rurſum

C qui per immutationem dominij libertatem adipiſcere † ſolent. Omnis enim ci/
*† ſperant* uitas, etiam legibus perfœderata, perturbationum fons eſt infinitis rea cõditio
nibus, quas non ſuſtinebit, qui ſemel amori ſapientiæ deditus euigilauerit. So=
*† unicellulis* lent aliqui etiam extra muros commorãtes, in hortis uel † uni telluris caſis ſoli/
tudinem imitari, non faſtidio humani odij, ſed pro diſparalitate morum uitan/
tes, dum inutiles eas & noxias eſſe cognoſcunt. Plurimis itaq; locis orbis terra/
*† conuenit* rum hoc inuenitur genus, † prouenit enim perfecti boni compotem eſſe non
Græciam, totum q; Romanum ſolum, ſed etiam Barbariæ partes. Abundat aũt
in Aegypto per loca quæ legum caſtella uocantur, & præſertim circa Alexan/
*† molliora* driam, undiq; optimi uiri aptiſſimos ſaltus elegerunt, ut patriæ † meliora loca
*† regio* compotentes immoratur, religionis eſt optima † religio altera, ſuper ſtagnum
quod maria uocat, collis humilioris, ſpatioſitas nimia pro cautela habitatiũ, &
aëris temperantia prouiſus, munitionem enim caſtella uicina faciunt, tempe
*† præcitant* riem uero auræ ſtagni maritimo ſitu adhærente, & uicino æquore † parciant: ſta
gni enim ſpiſſiores, & pelagi leuiores, commixta ſanabilem ſtatum operantur.
Cellulæ tamen uniuerſis ualde humiliſſimæ, pro ſolis calore & aëris abſconſio=
ne, nec ꝓximæ ſibi, ut mos eſt in oppidis moleſtus & faſtidioſus. Amatores eti
am maximæ ſolitudinis dẽſas habere uicinitates, nec tamẽ longius ſibi pro uo/
to ſuæ communionis, ut etiam ſi latronum impetus contingat, alterutro auxili
entur. Singulis ergo habitaculum eſt religioſum, quod Semnium uocant, ſiue
monaſterium, in quo deſolati modeſtiſſimæ uitæ ſacramentis occupantur: non
potus illic, nec cibus inducitur, aut quodlibet pro corporis neceſſitudine, ſed le
gis & eloquia diuina per choros prophetarum dignis deſtinata præſagia, qui=
bus ad puritatem diſciplinæ, & integritatem pietatis animis erigunt, atque ma
D gnificantur, inceſſabilem in ſe habẽtes dei commemorationem, ut etiam ipſis
uiſionibus non aliud quicquam, niſi ſplendores diuinarum uirtutum, cœleſti/
um imagines ſpeculentur. Plurimi etiam adhuc ſomno detenti, uerba profe/
runt religioſa, atque ſaluberrima ſapientiæ decreta. Singulis autem diebus bis
orare conſueti, mane atque ueſpere: oriente quidem ſole, eam ſibi placationem
à deo dari precantur, quæ poſſit mentes eorum cœleſti luminis largitate ſagina
re. Hac cauſa uero, ut anima totius ſenſualitatis huius mundi libera, in ſua ſe/
de atq; albo ſtabilita, ueritati copuletur. Inter matutinum & ueſpertinum tem/
pus, proprio uacant exercitio, diuinis interpellantes ſcripturis, ſcrutantes ſapi=
entiæ titulos, & differentes, ſcientes momenta oratoriæ interpretationis pro
exiſtimatione abſconſæ naturæ declarari. Habent etiam tractatus uirorum an/
tiquorum, qui huius concilij principes facti, quamplurima pignora diluenda=
rum lectionum demiſere, quos utpote magiſtros imitantes, ijſdem moribus
*† deitatis* gaudent. Voluntatis nõ tantum † ueritatis figuras explorant legentes, ſed eti=
am cantica, & hymnos in deum multimodis metris, & armoniæ ſonis magno=
pere deſcribunt. Sex quidem diebus ſemoti ſinguli, apud ſe philoſophantur,
nec limen cellulæ tranſeuntes, neque è longinquo reſpicientes perdurant. Se/
ptimis autem diebus conueniunt, pia concilij communicatione ſecundum æta
tes ordinanter conſidentes, cum competenti habitu dexteram cælantes ſupra
*† licro* pectus & gremia colli; ſiniſtram † ligero leniter lumbis remiſſam, hic præſidẽs
unus ſenior ſectarum peritiſſimus, mitiori aſpectu, uoce cõſtantiſſima ſermoci
natur, cum rationabilitate atq; ſapientia, non tortuoſitate uerborum, ut ſolent
cauſidici, aut ſophiſtarum fallacia diſputare, ſed ipſius intelligentiæ inueſti/
gatam ueritatem, quæ nõ pinnis aurium reſilit, ſed per auditũ in animã cautius
penetrãdo

A penetrante permanet. Silentio tamen alteri omnes auſcultantes, ſuffragia non
uerbis, ſed conſenſu mentis, aut uultus, aut capitis motu referunt. Hoc commu
ne eſt monaſterium, qua ſeptimis adunantur diebus, duplici ſtructura munitũ,
una uirorum, altera mulierum: Cœtu diſcernuntur, ex uſu enim etiam fœminæ
ſectantur eiuſdem præpoſiti fructum zelo deifico: medius autem utrarunq; cel
lurarum paries, tertio uel quarto cubito exaltatus, uice thoracis ædificatus, reli
quam altitudinem uſq; ad tectum apertum habet, duabus hoc cauſis, ut & pu
dori fœminini ſexus ſeruetur reuerentia, & auſcultatio ſit facillima, nullo offen
dente tractatoris reſponſa. Abſtinentiam præcipue pro fundamento cordis de
dicantes, ſequentes ſuperædificant uirtutes. Cibum aut potum nemo eorũ ante
ſolis tangit occaſum, lumine enim dijudicant philoſophiæ indaginem, tenebris
uero corporis neceſſitudinem admittunt adeo differẽtiora per diem, huic uero
modicum noctis tribuerant, nonnulli tamen poſt triduum commonentur ad
eſcam, quibus maior diſciplinæ amor inhæſit. Alij uero uſqueadeo indeliciãtur
ſapientiæ gremijs, atq; reſponſis locupletiſſimis, ut etiam duplum tempus ſuſti
nẽt, deniq; uix poſt ſex dies cibantur, ex more iam inſtituti, utpote †cicare quæ † *cicala aquæ*
† eris hauſtus quibus fallor, quorũ eſuries præſonantia uocis lenitur. Feſtiuiſ † *aëris*
ſimam itaq; ſacratiſſimam diem ſeptimam credentes, præſentiori priuilegio re
munerantur, in qua poſt animæ diligentiã, corpus reficiunt tanquam ouiculæ,
ſuperfluis laboribus relaxati: cibantur enim nihil exquiſitum, ſed panem ui
liſſimũ, & ſales, †pro pulentis, & ditiores ad eſcam hyſſopo cõdientes utuntur. † *opulenti*
Potus eis aqua fontanea, quas enim impoſuit miſerabili uentri natura domina
humano generi. Eſuriem, ac ſitim omnino deſpiciunt, non pro blandimento
quicquam requirẽtes, niſi hæc utiliſſima, quorũ abſq; uiuere non eſt. Ita ciban
B tur ne eſurient, & bibunt ne ſitiant. Satietatem pro inſidia animæ atq; corporis
aſpernantur. Indumentorũ tamen gemina ſpecies, una tegminis, altera per ami
ctum ſine ornamento: remiſſior enim & expedita uel paratiſſima ad hoc tantũ
operata, dum ſimulat & amictus friuolus humilitatibus manſionis pro amphi
bilo pallium depelle hiberna groſſiorem, æſtate uero † cobolio hoc modo ſine † *colobio*
typo immorantur, per omnia ſcientes ſupercilium mendoſitatis initium, uirtu
tem uero ſimplicitatis amicã, manãt enim utraq; fontis uice: † emerdatio enim † *emendant*
plurifarie malorũ ſpecies, à ueritate uero diuitiæ humanarum atq; diuinarum re
rum. Velim etiam communes conuocationes eorum, & hilariores in conuiuijs
† moras, edicere, è diuerſo ponendo cætera conuiuia: illi enim aſſidue † mira † *mores*
culo ſatiati, quaſi non uino epotato, ſed incitamento furoris, aut quicquid † *meraculo*
peius per exceſſum animi inuſitatum ea aliquid crepitantes, ueluti canes indo
miti, exululant, & reſurgunt aduerſus ſe, morſibus inuicem laniantes, aliquo
ties & detondentes auriculas, & nares dentibus deſecantes, deguſtant & digi
tos, aliqua membra comedũt, & reuera Cyclopis & Vlyſſis fabulã uerã oſten
dũt, & ſiquid crudelius irrogantes. Illi enim inimicos uerendo ulciſcabantur, ij
amicos, & parentes, in ipſo menſuram libamini nefando operãtur, in inuicem
rabientes pro fœdere, connubia infœderata gerentes, & omnem ſpeciem ne
quitiarum irrogantes, & qui poterãt eſſe in melioribus † luctatoribus miſerabi † *luctatores*
le certamen exhibent, illi nanq; pro corona adipiſcenda ſpectiores geſtiũt uide
ri pro uictoriæ & laude exercitij, ij uero uſque ad tenebras.

LIBRI PHILONIS DE ESSAEIS FINIS.

C

# DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN LIBRVM PHILONIS IVDAEI DE NOMINIBVS HEBRAICIS PRAEFATIO.

PHILO uir diſertiſſimus Iudæorum, Origenis quoque teſtimonio comprobatur edidiſſe librum Hebraicorum nominũ, eorumq; Etymologias iuxta ordinem literarum è latere copulaſſe. Qui cum uulgo habeatur à Græcis, & bibliothecas orbis impleuerit, ſtudij mihi fuit in latinam eum linguam uertere. Verum tam diſſona inter ſe exemplaria reperi, & ſic cõfuſum ordinem, ut tacere melius iudicauerim quàm reprehenſione quid dignum ſcribere. Itaq; hortatu fratrum Lupuli & Valeriani, qui me putant aliquid in Hebrææ linguæ notitia profeciſſe, & rei ipſius utilitate commotus, ſingula per ordinem ſcripturarũ uolumina percucurri: & uetus ædificium, noua cura inſtaurans, feciſſe me reor, quod à Græcis quoq; appetendum ſit. Præterea & illud in præfatione commoneo, ut ſiqua hic prætermiſſa ſint, alteri ſciat lector operi reſeruata. *Libros* enim Hebraicarum quæſtionum nunc in manibus habeo, opus nouum, & tam Græcis quàm Latinis uſq; ad id locorum inauditum: non quod ſtudium meum inſolenter extollam, ſed quod ſudoris conſcius, ad lectionem eorum prouocem neſcientes. Si quis igitur & illos, & præſens uolumen, librũ
D quoque locorum quem editurus ſum habere uoluerit, paruipendet ructum & nauſeam Iudæorum. Ac ne forte conſummato ædificio, quaſi extrema deeſſet manus, noui teſtamenti uerba & nomina interpretatus ſum, imitari uolens ex
*Origenis laus* parte Origenem, quem poſt apoſtolos, eccleſiarum magiſtrum, nemo niſi imperitus negat. Inter cætera enim ingenij ſui præclara monumenta, etiam in hoc laborauit, ut q̃d PHILO quaſi Iudæus omiſerat, hic ut Chriſtianus impleret.

## PHILONIS IVDAEI DE NOMINIBVS HEBRAICIS NOVI ET VETERIS TESTAMENTI LIBER, DIVO HIERONYMO INTERPRETE.

NOn ſtatim ubicunque ex a litera, quæ apud Hebræos dicitur aleph, ponuntur nomina, exiſtimandum eſt ipſam ſolam eſſe quæ ponitur. Nam interdum ex ain, ſæpe ex he, nõnunquam ex heth literis, quæ aſpirationes ſuas uoceſq; commutant, habet exordium. Sciendum igitur, quod tam in Geneſi quàm in cæteris libris ubi à uocali litera nomen incipit, apud Hebræos à *diuerſis* (ut ſupra diximus) inchoëtur elementis. Sed quia apud nos non eſt uocum tanta diuerſitas, ſimplici ſumus elatione contenti. Vnde accidit, ut eadem uocabula quæ apud illos non ſimiliter ſcripta ſunt, nobis uideantur in interpretatione uariari.

INTER-

## A INTERPRETATIO NOMINVM DE GENESI IVXTA NVMERVM ALPHABETI.

AETHIOPIAE, tenebræ, uel caliginis. Aſſyriorum, diligentium. Adam, homo, ſiue terrenus, aut indigena, uel terra rubra. Abel, luctus, ſiue uanitas, aut uapor, ſiue miſerabilis. Ada, teſtimonium. Ararat, Armenia, ſiue mons uellicatus. Aſcenez, ignis ſic aſperſus. Anuila, dolẽs, ſiue parturiens. Archat, inſidiæ. Aſſur, dirigens, uel beatus, aut gradiens, ſiue arguens. Ananim, reſpondentes aquæ. Amorræum, amarum, uel loquentem. Arucheum, circumrodentem me. Aſenneum, leuantem me. Aradium, uindemiator meus ſufficiens. Amathi, indignatio mea. Adama, humus, uel terra, ſiue terrena. Arfaxat, ſanans depopulationem. Aram, excelſus. Aſarmoth, atrium mortis. Adoram, generatio excelſa. Ahizel, pergens. Abimaël, pater meus à deo. Abrã, pater excelſus. Aran, riſcus, arca uel capſa. Aegyptus, tribulatio coanguſtans. Aggea, quæſtio, uel feſtiuitas. Amraphel, dixit ut caderet. Arioch, ebrius, uel ebrietas. Aſtaroth, ouilia, uel faciunt exploratores. Amalec, populus lambens, uel lingens. Aner, lumen, uel illuminatio, uel lucerna, uel ciuitas, uel oculus hominis. Agar, aduerſa, uel cõuerſa. Abraham, pater uidens populum. Ammon, filius populi mei, uel populus mœroris. Abimelec, pater meus rex. Azia, uidens. Arbee, quarta, uel quatuor. Aſurim, nemus. Apher, humilis, ſiue puluis. Abidahe, pater meus ſciens. Ader, grex. Aſer, beatitudo, ſiue beatus.
B Ana, reſponſio, ſiue reſpondens. Aluham, deſpiciens. Ahia umbraculum. Abdan, deſyderabilis. Achan, neceſſitas, uel labor eorum. Aran, iracundus, uel decus. Adad, præcipuus, uel patruelis. Auith, iniqua. Achobor, mures. Adollamitem, teſtificantem, ſiue teſtimonium aquæ. Aunan, mœror eorum, uel labores. Aſenec, ruina. Aod, inclytus. Amul, parcens. Aggi, feſtiuitas mea. Aheri, declinans. Arohedi, uindemiator ſufficiens. Arieli, leo dei mei. Achi, frater meus. Arad, deſcendens. Aſom, feſtinantes. Adad, teſtimonium, uel ramnus.

BAbylon, uel Babel, cõfuſio. Bethel, domus dei. Bara, in malitia, ſiue creatura. Bale, præcipitans, ſiue deuorans. Barat, grando. Berſabee, puteus ſatietatis, uel puteus ſeptimus. Buz, deſpiciens, ſiue contemnens. Bathuel, uirgo dei. Beeri, puteus meus, ſiue putei mei. Baſemoth, in nominibus, ſiue delinquens, uel ueniens, aut poſita. Bala, inueterata. Benoni, filius doloris mei. Beniamin, filius dexteræ. Balaam, ſine populo, uel abſq; ſubſtantia eorũ, ſiue in eis. Beor, impelle. Boſra, in tribulatione, uel anguſtia. Badad, præcipuus. Balaannan, habens gratiam. Beria, in clamore eius. Bechor, primogenitus, uel in clitellis, aut ingreſſus eſt anguſtus.

CAin, poſſeſſio, uel acquiſitio. Cainan, lamentatio, uel poſſeſſio eorum. Cithij, amentes, uel ſtupentes. Carnaim, cornua. Cades, ſancta, ſiue mutata. Cinei, poſſidentes. Ceni, nidus meus, uel poſſeſſio. Cenez, zelotypus, uel ſeſſio eius. Cedmonei, antiqua triſtitia, uel oriẽtales. Camuel, reſurrectio dei, uel ſtatio dei. Cedar, tenebræ, uel mœror. Cedma, orientalis, uel antecedens. Chore, caluicium. Caath, molares dentes, ſiue patientia. Hucuſque

C perſimplicem c literam lecta ſint nomina;exin aſpiratione addita, id eſt per χ
Græcum legenda. Cherubim, ſcientia multiplicata, uel quaſi plures. Cham,
calidus. Sed ſciendum, quod in Hebræo χ literam non habeat: ſcribitur autem
per ח, quæ duplici aſpiratione profertur. Chethim, confracti. Chus, Aethi-
ops. Canaan, σαλὸς, hoc eſt motus eorum, uel negociator, aut humilis. Cha-
lanne, conſummatio futura, ſiue omnes nos. Chalec, quaſi uiride. Cheſluim,
contecta regio eorum. Chapturim, manus exploratorum, ſiue tortorum, ſed
melius Cappadoces. Chetheus, mentis exceſſus, ſiue fixus, uel abſciſus. Sed
hoc nomen in Hebraico non incipit à conſonanti litera, uerum ab ח heth, de
qua iam ſupra diximus. Chaldæi, quaſi dæmonia, uel quaſi ubera, aut feroces.
Charran, foramina, ſiue ira, uel fodiens eos. Sed & hoc nomen à ח Hebraico
incipit. Chebron, coniugium, ſiue incantator, aut uiſio ſempiterna: & hoc ח
heth in principio habet. Chodorlaomor, quaſi generatio manipuli, ſiue quaſi
decorum manipuli. Chorræi, de foraminibus, quos uocant Troglodytas.
Choba, condemnatio. Chaſed, quaſi populãtes. Sunt autem Chaldæi. Chet,
percutiens. Chettura, thymiama offerens, uel copulata, aut iuncta. Choa-
dad, præcipuum. Chabratha, quaſi electum, ſiue graue. Chorri, ſiue Chorræ-
us, farina, aut farinatus, ſeu poſt me, uel foramen meum. Chazbi, mendaci-
um. Charmi, uinea mea, uel cognatio mea. Chaber, coniunctio, uel incanta-
tor: ſed & hoc per ח heth literam ſcribitur.

DOdanim, patruelis: in propinquos uertitur & cognatos. Dedan, ſolitari-
us, ſiue fratruelis eorum. Daſem, frenum. Decla, ſubtile, ſiue palmata.
Damaſcus, ſanguinis potus, ſiue ſanguinis oſculum, uel ſanguinis ſacci. Da-
dan, iudicans. Dedan, grande iudicium. Dan, iudicium, aut iudicans. Du-
D ma, tacens. Dina, iudicium iſtud. Debbora, apis ſiue eloquentia. Diſon, for-
tis papilla, ſiue calcabit eam: ſed hoc Syro ſermone dicitur: cæterum Hebraice,
pinguedo interpretatur, aut cinis, id eſt, fauilla holocauſtorum. Diſan, ſimili-
ter ut ſupra: licet quidam putent fortem elephantem interpretari. Dennaba,
iudicium afferens. Dothaim, pabulum, uel uiride eorum, aut ſufficientem de-
fectionem.

EDen, uoluptas, ſiue deliciæ, uel ornatus. Euila, dolens, ſiue pãrturiens.
Euphrates, frugifer, ſiue creſcens. Eua, calamitas, aut uæ, uel uita. Enoch,
dedicatio. Enos, homo, ſiue deſperatus, uel uiolentus. Euæum, ferum, ſiue
peſſimum. Eber, tranſitor. Elmodad, ad matrem eius præcipuam, ſiue dei men-
ſuram. Ellaſar, dei declinatio, ſiue hanc ſeparans. Eſrom, iacula gregum. E-
ſcol, botrus, ſiue ignis omnis. Ephron, puluis mœroris, uel puluis inutilis, ſiue
puluis eorum. Eldaa, ad ſcientiam, ſiue de ſciẽtia. Etheus, formidans, ſiue ſtu-
pens. Edom, rufus, ſiue terrenus. Emor, aſinus. Ephrata, ubertas, ſiue pulue-
rulenta. Eſer, fictus, id eſt, plaſmatus. Esban, ignis in eis. Efraim, frugifer, ſi-
ue creſcens. Eſron, ſagittam uidens. Esbel, ignis uanus, ſiue uetus. Hucuſ-
que per breuem literam e, nunc per productam nominum ſunt legenda princi-
pia. Eliſa, deus meus, uel eius ſalus, uel ad inſulam, uel dei mei ſaluatio. Elam,
ſeculi uel orbis. Emim, horribiles. Eliezer, dei auxilium. Epha, diſſolutus,
ſiue menſura. Eſau, factura, ſiue rubeus, uel aceruus lapidum, ſeu uanus, aut
fruſtra. Elom, regio campeſtris, aut quercus, uel roboreus. Eliphaz, dei mei
aurum. Emam, calor eorum. Ebal, uallis uetus aut aceruus lapidum. Ela, te-
rebinthus. Er, uigiliæ, ſiue pollicens, aut reſurrectio, uel effuſio. Enaim, oculi,
ſiue fontes. Eroon, id eſt, Eroim, in facie eorum, ſiue uigiliæ dolorum.

Fiſon

A Fiſon, os pupillæ, ſiue oris mutatio. Fut, *Libyæ*, ſiue oris declinatio. Fetru-
ſim, diſſoluens menſuram. Filiſtim, cadentes, ſiue ruina poculi, aut caden-
tes potione. Farao, diſſipans, ſiue diſcooperiens eum. Faleg, diuidens. Fere
zei, ſeparantes, ſiue diſſeminati, uel fructificantes. Fara, ferocitas eorum. Fi-
chol, *os omnium: ab ore, non ab oſſe.* Filiſthijm, *ruina duplex.* Faldas, *ruina*
paupertatis, ſiue cadens germen. Fau, nihil, aut ſubito. Fiennon, ori eorum,
aut ori uincto. Futifar, os inclinans ad diſſecandum. Farez, diuiſio. Fetrefe,
Libycus uitulus, ſiue diſcooperiens, uel certe diuiſio, aut os declinans. Fallui,
*mirabilis.* Fua, hic, aduerbium loci, ſiue rubrum. Fanuel, facies dei.

Geon, pectus, ſiue præruptum. Gomer, aſſumptio, ſiue conſummatio, uel
perfectio. Gergeſeus, colonum eijciens, ſiue aduenam propinquantem.
Gerara, ruminationem uidit, ſeu maceria. Sed ſciendum, quod Gerara interpre
tatur, *incolatus.* Gedera uero maceria ſiue ſepes. Gaza, fortitudo eius. Go-
morra, populi timor, ſiue ſeditio. Sciendum, quod g literam in Hebraico non
habet, ſed ſcribitur per uocalem ע ain. Geter, torcular uidens, ſiue accola ex-
plorationis. Gegal, præruptū, ſiue uallis uetus. Geraris, aduenæ propinquan
tes, ſiue cornupeta eorum. Gaam, uallis æſtus. Gad, tentatio, ſiue latruncu-
lus, uel fortuna. Galaad, aceruus teſtimonij, ſiue tranſmigratio teſtimonij. De
hoc in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diximus. Gathan, tangens ri
ſit. Geſen, appropinquans palpationi eorum, ſiue uicinitas. Gerſam, aduena
ibi, aut adiectio eorum. Gera, ruminatio, uel incolatus. Guni, elatio mea, ſi-
ue hortus meus.

Iobel, *dimittens*, aut mutatus, ſiue defluet. Iubal, delatus, ſiue dimittens. Ia
reth, deſcendens, ſiue roborans. Iapheth, latitudo. Iauan, eſt & non eſt, ſi-
B ue columba: ſed Syrum eſt. Iebuſæum, calcatum, ſiue præſepe eorum. Iectan,
paruulus. Iaree, luna. Iobab, mago patre, ſiue diſtillans. Ieſcha, tabernaculū,
uel unctio eius. Iſmaël, auditio dei. Iſaac, riſus, uel gaudium. Iedlaph, manū
tollens, uel manum ad os. Iexan, durus, ſiue duricies. Iesboch, eſt cinis, ſiue
tactus. Iethur, uerſus, aut ordinatus. Iudith, laudans, aut confitens, aut Iudæa.
Iacob, ſupplantator. Iuda, laudatio, ſiue cōfeſſio. Iſſachar, eſt merces. Ioſeph,
augmentum. Iordanis, deſcenſio eorum. Ior, riuus. Iaboch, harena, ſiue lu-
cta. Ieus, parcens, aut faciens, aut commotus. Ieglam, deſpiciens. Iectran, ſu-
perfluus eorum. Ietheth, dans. Irad, ciuitatis diſſenſio. Iram, ciuitas eorum.
Iras, uidit fratrem meum, ſiue fratris mei *uiſio.* Iamuel, dies eius deus. Iamin,
dextera. Iachin, præparans. Iob, magus. Ioalel, uita dei, ſiue exordium dei,
uel præſtolans deum. Iemna, marina, ſiue numerabilis. Ieſua, planicies, ſiue
eſt *deſyderium meum, aut certe Saluator.* Ieſſul, eſt dolore. Iaſiel, *dimidium*
dei. Ieſar, figmentum, ſiue tribulatio.

Lamech, humiliatus, aut percutiens, ſiue percuſſum. Ludim, nati, ſiue pro
ſunt fortiter. Laabim, deuſti, ſiue flammantes. Leſa, *in* ſalutem. Luth,
utilis. Lot, uinctus, ſiue declinatio. Laban, candidus. Lathuſim, malleato-
res. Laommim, tribus, ſiue matres. Lia, laborioſa. Leui, additus, ſiue aſſum-
ptus. Lotam, uinculum eorum, ſiue ipſe concluſus.

Mauiaël, quis eſt dominus deus? uel ex uita deus. Malaleel, laudans deū.
Mathuſale, mortis concuſſio, uel mortuus eſt, & interrogauit. Magog,
quod δῶμα, id eſt tectum, uel de domate, hoc eſt, de tecto. Madai, menſura, ſi-
ue quàm ſufficiēter. Moſoch, prolongatio, ſiue defectio, aut certe compreſſus.
Meſraim, hoſtes eorum, ſiue menſura. Sed ſciēdum, quod Meſraim, Aegyptus
appellatur.

C appellatur. Meſa, aqua rara, uel euado. Melcha, regina eius. Mamre, diuiſio, ſiue perſpicuum. Maſech, potum dans, ſiue propinans. Moab de patre. Maacha, frangens, ſiue confracta. Madan, metiens, ſiue reſpondens. Madian, de iudicio, ſiue de cauſa. Mabran, de iucunditatibus. Maſma, exaudientē. Maſſa, leuans, ſiue pondus, aut onus. Mahelethi, chorus, ſeu à principio. Meza, exiſto. Maneeth, requieſcens, ſiue donanti. Maſreca, uectigal uanum, ſiue libans, uel trahens. Meezabel, quàm bonus deus. Matred, percuſſio, ſiue uirga deſcendens. Mizaab, aquam hauriens, ſiue aqua fluens. Mabzar, munita. Magdiel, de repromiſſione dei, ſiue turris dei, uel magnificat me deus. Madianæi, uel Madianitæ, dijudicantes. Manaſſe, oblitus, uel neceſſitas. Merari, amarus, uel amaritudines. Melchiel, rex meus deus. Machir, uendens. Memphon, de ore eorum. Melchiſedec, rex iuſtus.

NAid, motꝰ, ſiue fluctuatio. Noëmina, decꝰ, ſiue uoluptas, uel fides. Noë, requies. Nemrod, tyrannus, uel profugus, aut tranſgreſſor. Niniue, pulchra, uel germen pulchritudinis. Nepthuim, ſcalpentes, ſiue aperientes. Nachor, requies luminis, uel requieſcenti luce, uel obſecratio nouiſſima. Nabaioth, prophetans. Nabdeel, ſeruiens deo, uel urſus dei. Nephis, refrigerium, uel anima. Neptalim, conſeruauit me, uel dilatauit me, uel certe implicuit me. Naath, requieſcens. Noëman, fidelis, uel motus eorum.

OBeth, longitudo. Ochozath, tenens. Oolibama, tabernaculum meum in aliquo, uel tabernaculi altitudo. Odollamites, cōteſtans aliquem, uel teſtimonium in aqua. Ophim, thalami. Hucuſcꝫ cum per o breuem literam legerimus: exin per extenſum pronunciemus elementum. Ophir ſiue Aphir, quod per א aleph literam ſcribitur: interpretatur, irritum, uel herboſum. Ox, D uolentem. Omar, populus, uel amarus. Onan, *mœror eorum*.

RIphat, uidens buccellam, ſiue uidens bona. Rodij, quod Hebraice dicitur, Rodim, interpretantur, deſcendentes, aut patruus iudicans, uel uiſio iudicij. Rechema, tonans, uel excelſa. Rohoboth, inclinatio, uel plateæ. Ragau, ægrotans, uel paſcens. Raphaim, gigantes. Rebecca, multa patientia, uel multum accepit, ſiue patientia. Remma, uel Ruma, uidens aliquid, uel excelſa. Rachel, ouis, uel uidens principium, aut uiſio ſceleris, ſiue uidens deū. Hoc autem ſecundum accentuum & literarum euenit diuerſitatem: ut tam in contrarias ſignificationes nomina commutentur. Ruben, uidens filius, uel uidens in medio. Raguel, paſtor dei, uel pabulum eius deus. Ros, caput. Rameſſe, pabulum, uel tinea, ſiue malicia de tinea. Quod in principio dixeramus in uocalibus literis obſeruandum: eò quod apud nos interdum una ſit litera, & apud Hebræos uarijs uocibus proferatur: hoc nunc quocꝫ in s, litera ſciendum eſt. Siquidem apud Hebræos tres s, ſunt literæ: una quæ dicitur ס ſamech, & ſimpliciter legitur, quaſi per s, noſtram literam deſcribatur: alia ש ſin, in qua ſtridor quidam non noſtri ſermonis interſtrepit: tertia צ zade, quam noſtræ aures penitus reformidant. Sicubi ergo euenerit, ut eadem nomina aliter atcꝫ aliter interpretentur, illud in cauſa eſt, quod diuerſis ſcripta ſunt literis. Hoc autem quod in Geneſi diximus, in omnibus libris ſimiliter obſeruandum.

SEla, umbra eius. Seth, poſitio, uel poſitus, aut poculum ſiue gramen, aut ſemen, ſeu reſurrectio. Sem, nomen, uel nominatus. Saba, captus, ſiue captiuitas, uel certe conuertens. Sabatha, gyrans, ſiue circuiens. Sabathacha, circuiens te, ſiue circumſeſſio tua, uel ſedes tua. Sennaar, excuſſio dentium, ſiue fœtor eorum. Sidona, uenatio mœroris. Samareum, lanam meam, ſiue con-

iunctum

A iunctum meum,ſed melius cuſtos. Sodoma,pecus ſilens,uel cæcitas,uel ſimi-litudo eorum. Seboim,caprearum uel Damularum, ſiue ſtatio eius, mare,aut ſtatio maris. Saleph, miſſa. Sephar, narratio, ſiue liber. Serug, corrigia, ſiue perfectus. Sarai, princeps mea. Sichem, humeri, uel labor. Seor, parua, uel meridiana. Sennaab,dentis pater,ſiue fœtor patris. Semeber,nomē perditio-nis,ſiue ibi perditio. Segor,parua:ipſa eſt,quæ & ſupra Seor.Sed ſciendū: quia literam g in medio non habeat,ſcribaturq; apud Hebræos per uocalem ע ain. Sau,ſiue Sauhe,digne,uel eleuatio. Seir,piloſus,uel hiſpidus. Saraa,princeps. Sur,murus,uel directus,aut continens. Saba,conuerſio,ſiue rete. Sue,loquēs, ſiue cantilena. Symeon, exauditio, uel nomen habitaculi. Sale, pax, uel red-dens. Sichimorum,humeri:ipſa eſt quæ & Sichem. Sed in Latinum & Græcū ſonum uertitur. Sebeon,ſtante iniquitate. Sophar,ſpeculator eius, uel bucci-na. Samma, perditio. Saphon, ſpeculator. Sobal, uana uetuſtas, uel uectes ad portandum. Salama,ueſtimentum,uel pacifica. Saul, expetitus, uel abu-tens. Saua,eloquentia,uel clamor. Sela,ut eius, uel dimiſſio eius, aut petitio. Somtonphanec,corrupte dicitur:nam in Hebræo legimus,Zaphanethphane, quod interpretatur,aſconditorū repertor. Porrò ab Aegyptijs didicimus, quod in lingua eorum reſonet,ſaluator mundi. Semrom, nomē uidens, aut cuſtos. Sared, ut deſcenderet. Sephion, egreſſum eſt os triſtitiæ. Suni, pupilla mea, uel ſecundus meus. Sare, malicioſus, uel ſibilans. Syria, ſublimis, ſiue hume-cta. Satalam,radicatus.

TAeth,occidens. Tacho,ſilens. Talam, ros. Hucuſq; cum per literam t ſimplicem legerimus,nunc aſpiratione addita,legendum eſt. Thobel,ſi-ue Thubal,ductus ad luctum,uel conuerſus ad uniuerſa. Thiras,timens, ſiue B rediens ad ſuperfluum. *Thogorma, incolatus quiſpiam, aut interpres. Tha-*res,exploratores lætitiæ,ſiue gaudium. Thara,exploratores odoris,ſiue explo ratio aſcenſionis,uel paſtio. Thargal,ſciens iugum,uel explorator. Thamar, palma,ſiue amaritudo,uel commutans. Theman,auſter, uel africus. Thāna, uetans,uel deficiens. Thamath,perfecta pars,ſiue cōſummatio data. Thola, uermiculus,uel coccinum. Thesbon,feſtinus ad intelligendum.

Vs,conſiliator. Vl,dolens,ſiue parturiens. Vſam,feſtinus eorum.

ZAmram,cantio eorum,uel tempus oſtendens. Zelphan, ambulans os: ab ore,non ab oſſe:uel fluens os. Zabulon,habitaculum eorum,uel iuſ-iurandum eius,aut habitaculum fortitudinis,uel fluxus noctis. Zara, oriens, uel ortus. Zauan,motus, uel fluctuatio eorū. Zohomim,præparati in acie, uel quæ hæc eſt aqua.

## INTERPRETATIONES DE EXODO.

ASer,beatus. Aaron,mons fortitudinis,ſiue mons fortis, Ahebe-rim,Hebræorū,uel tranſeuntiū. Apherezæi,ſeparati,ſiue abſque muro. Anacim,humilitas uana,ſiue humiles uanos, uel humiles cōſurgētes,aut reſponſio uana, aut monile colli. Aod, glorioſus. Amram,populus excelſus. Aminadab, populus meus ſpontane us. Abiu,pater meus eſt,ſiue pater ipſe. Aſir,uinctus. Abiaſar,patris mei col lectio. Amalech,populus brutus, ſiue populus lingens. Abiud, patris robur, ſiue pater eorum. Accherubim,cognoſce & intellige,ſiue ſcientiæ multitudo. Achiſamech,fratrem meum roborans.

Beſeleel,in umbra dei. Beelſephon,habens ſpeculam.

C CAath, patientia, uel molares dentes, ſiue dolans aut componens. Cades, ſancta. Chanani, negociatores, ſiue hic pauperculus, aut præparati, uel humilitas. Charmi, uinea mea, uel agnitio aquæ. Cherubim, ſcientiæ multitudo, aut ſcientia & intellectus.

DAn, iudicium, uel iudicans. Ebreorum, tranſeuntium. Ebrioth, tranſitus. Ethi, timuerunt, ſiue obſtupuerunt. Emori, mater lux mea. Eui, ferales, uel feroces. Enoch, dedicauit. Emorræum, loquentem, ſiue amaricantē. Eſrom, ſagittam uidens, ſiue atrium triſtitiæ, uel fortis. Ebron, participatio triſtitiæ ſiue fortitudinis, uel augmentum ſempiternum. Eleazar, deus meus adiutor, ſiue dei adiutorium. Edom, rufus. Hucuſq; per e breuem literam legimus: exin per extenſum legamus elementum. Eliſapham, dei mei ſpecula, uel deus meus abſcondens. Eliſabei, dei mei ſaturitas, uel dei mei iuramentum, aut dei mei ſeptimus. Elcana, dei poſſeſſio. Ethan, conſummatus, ſiue ſuſcipiens nauigationem. Elim, aries. Epha, menſura. Eliezer, deus meus adiutor. Eliab, deus meus pater.

FArao, diſſipans, ſiue diſcooperuit eum. Fitom, os abyſſi, uel ſubito. Fua, hic, aduerbium loci, ſiue apparebo: ſed melius rubrum. Fallu, mirabilis. Futiel, hic declinans deum: aduerbium loci, nō pronomen: uel declinans deus, ſiue oris declinatio dei. Finees, ori parcens, uel ore requieuit, aut oris auguriū. Filiſtim, ceciderunt duo. Faſech, tranſgreſſus, ſiue tranſcenſio.

GAd, tentatio, ſiue accinctus, uel latrunculus. Gerſam, aduena ibi. Gerſom, eiectio eorum, ſiue aduena ibi, aut aduena pupillæ. Gadiel, accinctio mea deus. Gadi, hœdus, ſiue tentatio mea. Gamaliel, reddidit mihi deus. Goël, propinquus, ſiue redimens. Galaad, aceruus teſtis. Super hoc in libris
D Hebraicarum quæſtionum plenius diximus. Guni, horti, ſiue arrogātia mea. Gabua, ſublimitas. Gomor, menſura atticorum cœnicum trium.

ISraël, eſt uidere deum, ſiue uir, aut mens uidens deū. Et de hoc in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diximus. Ietro, ſuperfluus huius. Ieſubæi, calcatus, ſiue præſepe meum. Iamuel, dies eius deus. Iamin, dextera. Iachin, præparans. Ieſſaar, eſt meridies, ſiue meridianus, aut unctio mea, uel metaphoricôs, oleum. Iochabed, ubi eſt gloria, ſiue eſt grauis, aut domini gloria. Ithamar, ubi amarus, uel ubi palma, uel eſt amarus, ſiue inſula palmæ. Ieſus, ſaluator. In, menſura liquentis materiæ.

Leui, additus. Lobeni, filio meo, uel cor ego, aut candor.

MEſraim, hoſtes eorum, uel Aegyptus. Moyſes uel Moſes, attrectans, uel palpans, aut ſumptus ex aqua, ſiue aſſumptio. Madian, de iudicio. Merari, amara, ſiue amaritudines. Mooli, de infirmitate, ſiue chorus meus, aut ab initio. Moſi, attrectator, ſiue palpator meus. Miſaël, tactus dei, ſiue quis interrogauit. Magdolon, quis grandis, uel turris. Moab, de patre. Maria, illuminatrix mea, uel illuminās eos, aut ſmirna maris, uel ſtella maris. Mara, uel merra, amaritudo. Marath, amara. Manhu, quid eſt hoc?

NEphtalim, latitudo. Naphec, pruna, uel carbo, ſiue ſeductio. Naaſſon, augurans, uel augur fortis. Nadab, ſpontaneus. Naue, ſemen, germen, uel pulchritudo.

OZiel, fortitudo mea deus. Omer, criſpans, ſiue manipulus. Oliab, protectio mea pater. Oephi, triū modiorū menſura. Nomina quatuor, quæ ſequuntur, per extenſam legenda ſunt literam. Oreb, ardor, ſiue ſiccitas, aut coruus, uel ſolitudo. Ori, lux mea. On, labor, uel dolor. Or, iracundia.

Ruben,

A RVben, uidens filius, uel uidentem filium. Rameſſes, intonuit lætus, ſiue malicia de tinea. Raguel, paſtio dei, ſiue amicus eius deus. Raphidim, laxæ manus, uel ſanitas iudicij, aut uiſio oris ſufficiens eis.

SYmeon, audiuit triſtitiam, uel nomen habitaculi. Sephra, adhæſit uel placens. Sephora, auis eius, uel pulchritudo, ſiue placens. Sor, meridianus. Soriel, coanguſtans deus, uel robuſtus deus. Salu, tentatio reſpiciens. Saul, expetitus ſiue abutens. Semei, audi, uel auditio mea. Setri, exactor meus, uel abſcōſio mea. Sochoth, tabernacula. Sur, murus, aut robuſtus, ſiue anguſtia. Sin, amphora, uel tentatio, ſiue rubus. Sinai, rubus, amphora mea, ſiue menſura mea, uel mandatum. Sabbata, requies. Sethim, ſpinarum.

THeman, auſter. Thelame, riui aquarum, uel ager aquarum. Thola, uermiculus, aut coccinum. Theth, ſubter.

Vr, ignis, aut lumen, uel luminoſus.

Zabulon, habitaculum fortitudinis. Zecri, memoria mea.

*Finiunt interpretationes Hebraicorum nominum libri Exodi, inter quas & quæſtiones de Leuitico potes inuenire, exceptis quatuor, quas ſubnectere curauimus.*

Badrifath, κλίμα, id eſt, plaga: uerbi gratia, quod dicimus plaga ſeptentrionalis, uel meridiana. Melcho, rege. Salumith, retributio, uel pacifica.

## INTERPRETATIONES DE NVMERIS.

AAron, mons fortis. Aminadab, populus meus ſpontaneus. Amiuth, populus meus inclytus. Abidan, pater meus iudex. Aggelaoni, annunciat iniquitatem meam. Ahiezer, frater meus ad-
B iutor. Amiſaddai, populus me⁹ ſufficiēs. Achran, turbauit eos. Ahira, fratris mei amicus. Anam, nubes. Abia, pater meus iuſte, uel patris mei abundantia. Aſeroth, atrium anguſtiæ, ſiue beatitudinis. Amiel, populus meus dei. Amath, indignatio, uel uter. Ahiman, frater meus quis. Anachim, monile collo ſublimi. Aethi, obſtupefaciens, ſiue perterrens. Abiram, *pater meus excelſus.* Aunan, nō eſt, *uel inutile. Arrad, ſuſcitauit deſcen*dens, uel ſuſcitauit deſcenſionem. Atarum, exploratorum. Aei, quam Græci λιθολόγιμα uocant. Arnon, aceruus triſtitiæ, ſiue laus. Ar, ſuſcitauit, uel uigilia. Ammon, populus mœroris. Aggag, δῶμα, id eſt, tectum. Aſur, beatitudo, ſiue greſſus. Aggi, feſtiuitas, ſiue ſolennis. Arodi, maledictio ſufficiens, ſiue maledictus. Arieli, leo deus meus. Ammon, pepercit. Aſereel, beatus deus. Aphar, fodit, ſiue humus. Agla, ſolennitas iſta, ſiue uitulus. Achiram, fratris mei ſublimitas. Arad, deſcendi. Aber, cōmiſit, uel certamen iniijt, aut particeps. Araboth, humilem, planam, atq; campeſtrē. Abarim, in tranſitu: quod ſignificantius Græce πεϱᾶμ dicitur. Atharoth, coronæ. Aroër, ſubleuans, uel uacuefactio, uigilis, aut myricæ. Abiroth, ſcalptum. Alas, fermenta, ſiue commiſce: quod Græce dicitur φύϱασομ. Arada, obſtupuit, admiratus eſt. Aſmona, feſtinus, ſiue feſtinans, aut numera. Aggedgad, annuncia, ſiue accinctus, uel latrunculus. Achiam, umbraculum, ſiue prærupta. Alamon, ſuper multitudinem, aut deſpectio. Abetſatim, luctus littorum uel riparū. Achrabbim, ſcorpiones, uel decentem. Adar, ſublimis, uel pallium. Aſemona, os eius: ab oſſe, non ab ore. Aſmo, nouiſſimum eius. Arebla, *inſidiatrix.* Ain, fons. Azan, fortitudo eorum. Achidod, fratris mei gloria.

C BEniamin, filius dexteræ. Bamot, in morte, ſiue excelſa. Baſan, bruchus, ſi
ue pinguedo. Nam quod interpretari ſolet ignominia, uel confuſio, Buſa
dicitur. Balach, lingens, uel elidens, aut inuoluens. Balaam, uanus populus,
ſiue præcipitans eos, uel ſine populo. Beor, impelle. Baal, habens, ſiue uir.
Beelphegor, habens os pelliceū. Bechor, in ſagmate, uel ingreſſus eſt agnus.
Bale, præcipitauit, ſiue abſorbuit. Baria, in malis, ſiue in commutatione eius.
Beelſephon, habēs aquilonem, ſiue ſpeculam. Baon, in iniquitate. Bamech,
electa commotio. Bethanamra, domus bardorum, ſiue domus amaritudinis.
Beelſephon, aſcenſio ſpeculæ. Betharan, domus arcæ uel montium, aut aſcen-
ſus humilium. Baalmeon, habēs habitaculum. Benachan, filius neceſſitatis.
Baci, luctus, ſiue in uomitu, aut uetus.

CAdes commutatus, ſiue ſanctus. Ceni, ærarius meus, ſiue nidus meus, aut
poſſeſſio. Citus, ſtupentibus, ſiue mirantibus. Canat, æmulatio, ſiue ze-
lotypia. Calaath, eccleſia uenit, uel uoces. Cadasbarne, commutatus, electus,
uel mutabilis. Cariathaim, uilla, uel oppidum eorum. Core, caluicium. Ca-
muel, reſurrectio dei, aut ſtabit deus. Hucuſque per c literam ſimplicem le-
gerimus: exin aſpiratione addita, nominum ſunt legenda principia. Chana-
an, reuerſus eſt, ſiue quaſi reſpondentes, aut quaſi mouentes. Chaleb, quaſi
cor, aut omne cor, uel canis. Chamos, cōgregatus, uel quaſi attrectatio. Choz
bi, calix in me, ſiue immola mihi. Chenneroth, cithararum ſignum, aut quaſi
lucernæ. Chaslon, ſcelerata triſtitia, uel quaſi protectio. Cherubim, quaſi plu
res, aut uermiculata pictura, uel ſcientiæ multitudo.

DVel, agnoſcant deum. Dathan, donum eorum, ſiue ſufficiens donum.
Dibon, ſufficiens ad intellectū, uel abundanter intelligens. Dibongad,
D ſufficienter intelligens tentationem. Depheca, adhæſit, ſiue remiſſio. Debla
im, lateres, ſiue maſſas, quæ de recentibus ficis compingi ſolent: quas Hebræi
deblatan, Græci παλάτας nuncupant. Itaq; in præſenti loco, nomen quod pro-
poſuimus, interpretatur, palatæ eorum.

EPhraim, creſcens, ſiue frugifer. Eldad, ad ſolum, ſiue ſolitarium, uel ad
unum. Erma, anathema eius. Eſebon, cogitatio, ſiue cingulum mœroris.
Edraim, deſcenſio paſtorum. Elcan, pars eorum, ſiue teſtimonium eorum.
Esbel, ignis uetus ſiue uanus. Eui, deſideraui. Elade, ad aſcenſum. Ebrona,
tranſgreſſus, ſiue tranſgreſſio. Eniel, gratia mea deus. Ephod, ſuperindumen
tum, uel ſuperhumerale. Eſcol, botrus, ſiue ignis omnis. Hucuſque per e
breuem literam legerimus: exin per extenſum legamus elementum. Eliſar, pa
ter meus fortis, ſiue pater meus coanguſtans. Eliab, deus meus pater, uel deus
pater. Elon, exercitus fortitudo. Eliſame, deus meus audiuit. Eliſama, deus
meus audiens. Eliſaphath, deus cōgregauit, uel dei mei protectio, ſiue abſcon
ſio. Enan, nubes. Edrai, inundatio paſcet me. Er, uigilans, aut conſurgens,
uel pollicens. Elon, quercus, ſiue aulon: de quo in libro locorum plenius dixi-
mus. Eran, uacue fecit. Ethan, fortem. Eſaun, uoluntas mœroris, ſiue fortitu
dinis. Enon, fons triſtitiæ. Elidad, deꝰ meus patruelis, uel deus meus patruus.

FAdaſſur, redemptio fortis, ſiue uallata. Fegiel, occurre mihi deus, uel oc-
curſio dei. Faran, ferus eorum, uel frugifer. Falecti, ſaluator meus. Fa
leth, ruina, uel deiectio. Faſga, abſciſus, uel dolatus, aut os multum: ab ore, nō
ab oſſe. Fethora, oris exploratio, ſiue buccella luminis, uel os turturis. Fa-
gur, oris pellis, uel hiauit. Finees, os requieuit, uel ſilet, uel ori pepercit. Fa-
rez, diuiſio. Finoni, os meum nepotum. Farnac, uitulus ſaginatus, aut diſceſ-
ſio mea.

A ſio mea. Gedeon, tentatio iniquitatis, uel tentatio iniquitatis meæ. Garizim, diuiſio, ſiue præciſio.

IFanne, innuit, uel innuens. Iegal, propinquus, uel redimens. Ieſu, ſalua/tor. Iazer, adiutum. Iarden, deſcenſio eorum, uel uide iudicium. Iaſſa, di/midia, uel factum mandatum. Iaboch, lucta, uel puluis. Iarib, odor eius, uel lu na. Iaſub, conuerſio. Ialel, expectauit deum. Iamna, mare, uel dextera eius. Ieſeui, quod eſt deſyderaui, uel æqualis meus. Iaaſel, dimidiauit deus. Ieſer, plaſmauit, hoc eſt finxit, uel fictum. Iair, illuminans. Ietebata, bonitates, ſiue declinauit ut ueniat. Iſimoth, adducet mortem. Iegali, redimens me, uel pro/pinquus meus.

Laël, in deum, uel deo. Lomna, alba, uel candida.

MAnaſſes, obliuioſus, uel quod oblitus eſt. Madian, contradictio, uel re/ſponſio. Medad, menſus eſt. Michaël, quis ut deus. Machi, quid. Ma tana, donum. Medaba, aquæ eminentes. Machir, reſtituet, ſiue uenundabit, uel de infirmitate. Maala, chorus, uel infirmitas. Melcho, rex eius. Malchiel, rex meus deus. Macheloth, eccleſia. Macha, dulcedo, uel ſaturitas. Maſeroth, excluſiones, uel uincula, aut ſucceſſiones, ſiue diſciplinæ, quod in noſtris codi/cibus mazuroth legitur.

NAthanaël, deus meus, uel donum dei. Naabi, abſcondit, uel requieuit in me. Nefe, ſufflans, uel ſuſpirans. Namuel, dormiuit deus, ſiue in quo deus. Noa, motus, quem Græci ſignificantius σάλον uocant. Neeman, decus, ſiue motus eorum. Namra, pardus, ſiue amaritudines. Nabau, ueniemus, uel in concluſione. Nobe, latrans. Naaſon, ſerpentinus, uel augurium.

OThotham, ſignum eorum. Ozin, auris. Ofan, maritima eorum, uel tha
B lamus eorum. Ofir, ignominia. Sed apud Hebræos per beth literam ſcri bitur. Hucuſqꝫ per o breuem literam legerimus, exin per extenſum legamus elementum. Obab, dilectus, ſiue amplexus, aut ſepes. Ori, coquens, uel clau/dens me, uel apprehendens. Oſee, ſaluator, aut ſaluans. Onam, dolor, uel tri/ſtitia eorum, aut muſſitatio, uel murmuratio. Or, lumen. Obat, magus, uel py thoniſſa, quam Græci ἐγγαστρίμυθον uocant. Og, coaceruans, ſiue abſconditus. Oni, dolor meus.

RAfao, ſanans, aut medicans. Rahob, plateæ, ſiue latitudo. Recem, uarie/tas, ſiue pictura. Rebe, quatuor, ſed per ain literam ſcribitur. Ratma, ui/ſio conſummata, ſiue iuniperus, uel ſonitus. Remmonfarez, maligranati, diui ſio, ſiue ſublimium diuiſio. Reeſa, frenum.

SAddeſor, uberum eorum lux, uel uberum lumen. Salamiel, retribuens mi hi deus, uel pax mea deus. Suriſaddai, continens mea ubera, uel fortis me/us dominus. Suriel, continens me deus, uel fortis meus deus. Scar, puſillus. Samoë, audiens. Saphat, iudicauit. Sodi, arcanum meum, uel excluſit me. Su ſi, equus meus. Sethur, abſconditus, ſiue diuertens. Siſai, longæuus meus. So ontanis, urbs Aegypti. Seon, germen quod non eſt, uel germen inutile, uel al/loquium inutile, aut calor, ſiue tentatio laceſſens. Sefor, auis. Sethim, ſpinæ. Satan, contrarius. Seth, poſitio, ſiue poſuit. Seir, piloſus, uel hircus. Salu, ten tatio reſpiciens: ſed melius εὐθαλῆ: quem fortunatum, uel uegetum poſſumus appellare. Seſion, abſconditus, uel egredere os, uel mœroris, aut ſpecula eorũ. Soni, coccus, uel pupilla mea. Sela, petitio, uel petens. Semron, nomen uidit, uel cuſtos eius. Sichem, humerus. Semidahe, nomen meum ſcientia. Salpha ad, umbra formidinis, ſiue umbra in idipſum, id eſt, pariter. Sutala, poculũ mi/

n xtum,

C xtum, ſiue ſpina uiridis, uel madida. Suſan, atterens, ſiue ad umbraculum ra-
ſtrorum, quod Hebraice dicitur ſuſaſim. Sofar, tuba. Sarahe, uelamẽ, ſiue prin
ceps fratris. Sicher, ebrietas. Salim, redde. Sabama, conuerſio quæpiam, ſiue
leua in eis, uel tolle altitudinẽ. Saſan, labium, uel hericius, aut lepus. Sochoth,
tabernacula. Salmona, umbra portionis, ſiue umbra numerauit, aut imago eius.
Sin, ſitiens. Senna, uoluntas, ſiue mandatum eius. Sèdada, ex latere eius. Sa
ſan, labium, ſiue barba ſuperioris labij, quam Græci μύστακα uocant. Saſatam,
iudicans populum. Samuel, nomen eius deus. Salomi, pax mea.

THola, uermiculus, uel coccinum. Therſa, complacens ſibi, quod Græce
melius dicitur εὐδοκοῦσα. Thena, caſtra, uel donata. Theth, ſubter. Tha-
re, exploratio, uel paſtura, ſiue nequitia. Hæc omnia quæ ex litera hac poſui-
mus, cum aſpiratione in ſuis legenda ſunt principijs. Vapſi, finis meus. Za-
chur, memor. Zarad, alienus, uel deſcenſio. Zoob, aurum. Zemeri, iſte exa
cerbans, ſiue amaricans. Zare, ortus eſt. Zefer, hoc os uidiſtis; ab ore, non ab
oſſe. Zamri, pſalmus, uel canticum meum.

## DE DEVTERONOMIO.

ASt aroth, caulæ, præſepia, ouilia, uel atria. Aza, fortitudo eius. A-
raba, occidens, ſiue ueſpera. Argob, maledicta ſublimitas. Aui,
feri. Auothiair, gloria luminis, uel uita luminis, ita tamen ut pro-
nuncietur anathiair. Acan, neceſſitas. Aſeroth, atria, ſiue ueſti-
bula, ſi tamen per heth, & zade literam ſcribatur. Si uero per aleph
& ſin, beatitudines ſonat. Amora, populi illuminatio, ſiue populus eius. Ada
D ma, humus. Beelfegor, habens os pellis, ſiue ſuperior pellis. Baſar, anguſtia,
ſiue in anguſtia, uel infantia. Boſor, in anguſtia. Beroth, putei. Barne, filius
mutationis. Balaã, uanus populus. Cademoth, à principio mortis, ſiue prin-
cipium mortis. Tria nomina hæc quæ ſequuntur ex c, per aſpirationem legen-
da ſunt. Chorreus, iracundus, ſiue de foramine, quẽ Græci τρώγλη uocant. Ca
phthurim, manus tortorũ, ſiue exploratorũ. Chaptor, Cappadocia. Edraim,
inundatio malorũ, uel natiuitas peſſimorũ, ſiue deſcenſio paſtorũ. Erma, ana-
thema. Euim, iniqui. Ermon, anathema triſtitiæ. Eſdod, effuſio. Emmim po
puli. Quatuor nomina quæ ſequũtur, per extenſam uocalẽ legẽda ſunt. Eſau,
aceruus lapidum, ſiue collectio lapidũ, quod dicitur λιθολόγημα, uel fruſtra, aut
factura, id eſt, ποίησις. Elath, terebinthus, uel aulones. Emim, terribiles. Ebal,
uorago uetus. Faſga, abſciſa, uel dolata, ſiue os delicti. Faras, auctus, ſiue ſuc
creſcens. Fennador, conuerſio generationis. Gaza, fortitudo. Sed ſciẽdum,
quod apud Hebræos non habeat in principio literam conſonantem; uerũ inci-
piat à uocali ain, & dicatur aza. Geſuri, iuxta lumen, uel uicinia luminis. Go
lan, tranſmigratio eorũ, uel uolutabrũ eorũ. Gergeſeum, colonũ applica. Gau
lon uolutatio eius. Gorizim, diuiſio, ſiue aduena. Galgal, rota, uel reuelatio.
Gai, uorago. Gebal, uorago uetus, ſiue λιθολόγιον. I literam & L idcirco præ-
termiſimus, quia eadẽ nomina in cæteris libris interpretãtur: & ſuperfluum eſt
dicta, uel dicenda repetere. H autẽ à pleriſq; aſpiratio putatur eſſe, nõ litera. De
K ſuperfluũ eſt facere mentionem, cũ etiã apud Latinos exceptis Kalendis, ſu-
perflua iudicetur. Igitur obſeruandũ, quod eadẽ nomina quæ hic uel alibi præ-
termiſſa ſunt, in alijs libris poſſumus inuenire. Miſor, directũ, quod Græce di
citur εὐθύ, uel plana atq; campeſtria. Maachati, fracti ſunt mihi, aut uenter per-
cuſſus

A cuſſus. Moſera,eruditio,uel diſciplina eius. Mamoazer, de longe,ſiue aliena
tus. Oraim,cōceptus,ſiue cōprehēſio. Rafaim,medici,uel gigātes. Rabbath,
multitudo,uel grādis. Rubeni,uiſio filij mei,uel uidete inter me. Ramoth,ex
celſum ſignū,ſiue uidit mortē,uel excelſa. Sidon,uenatio triſtitiæ, ſiue inutili
tatis. Sareon,princeps mœroris. Sanir,leua nouitatem,ſiue dens lucernæ. Sa
lacha,leuans ueni,uel tollens uenit. Sethim,ſpinæ. Seboim, caprea, uel dam-
ma,aut ſtatio eius. Sames,mandatum humile. Sina,tentatio,ſiue rubus,ſi ta-
men per ſamech literam ſcribatur. Thebel,inſulſitas. Zozomim, hæ cogita-
tiones,ſiue quæ eſt hæc aqua,uel in acie præparati.

## QVAESTIONES IN LIBRVM IESV NAVE.

AIn,quæſtio,uel chaos. Adonibezech, dominus meus fulgurans,
uel dominus contemptus uani. Si uero per ſade literam ſcribatur,
interpretari poteſt, dominus meus iuſtus. Azeca, fortitudo, ſiue
decipula. Ailon,quem ſupra aulonem diximus,quod ſi æglon le
gere uoluerimus,interpretatur uacca eorū. Aſer, ſagitta luminis.
Araph,medicamentū,quod ſi legere uoluerimus ara, interpretatur furibunda.
Araboth,humilia,plana,atq; cāpeſtria. Alac,pars mea,ſiue lubricū. Aermon,
anathema mœroris,uel triſtitia. Anaba,uua,uel humilitas mea. Aſdod, diſſo
lutio,uel effuſio,ſiue incendiū. Arnon,lumen eorū,aut maledictio eorū. Aro
er,ſuffuſio uigiliæ,ſiue exurgens uigilia,ſed melius myricæ. Ader,grex. Ama
non,mons Ciliciæ,qui & thuris:inde Amana,inquietus,turbulentus, uel dens
uigiliarū. Adrā, cōgregatio eorū. Afec, continuit,ſiue cōtinentia. Adraim,
inundatio peſſimorū. Accaron,eruditio triſtitiæ,uel ſterilitas. Amas,indigna
B tio,uel furor. Azotus,id eſt,aſdodij,gens patrui mei,uel incēdia. Aſcalon,ap
penſa,uel ignis infamis. Aſaar,mane,diluculū. Achrabbim, ſcorpiones. A-
dar,magnificus,ſiue palliū. Aſamona,os eius: ab oſſe, nō ab ore. Achor,tur-
batio,uel tumultus. Adomim,rubra. Anacā,humilis,exurgens. Ahimā, fra
ter eius. Acſa,claudicans,uel factura,id eſt ποίησις. Atoniel,tēpus eius dei,uel
reſponſio dei. Adada,uſq; ad teſtimoniū. Aſergadda,atriū accinctionis eius.
Aſmona,celeriter numera. Aiū, acerui lapidū, id eſt λιθολόγιον. Ain,fons, uel
oculus. Ain,chaos. Aingannim,fons,aut oculus hortorū. Adollamim, con
gregatio eorū. Adaſa,noua. Aathar,deprecatio. Achazib,mendacium, ſiue
ſtultitia. Ani,pauper. Arab,inſidiæ. Ammeta,luctus. Accen, nidus. Alala,
laxitas. Araba,multa,uel inſidiæ occidens,ſiue aſpera. Ataroth,corona. Aſ-
reel,beatus deus. Agla,feſtiuitas eius. Aſer, beatus:ſi per aleph & ſin literam
ſcribatur:ſin aūt per heth & ſade,atriū interpretatur. Amathim , indignatio, id
eſt bilis eorū. Anem,circuli,uel coronæ, ſiue præcinens. Aërim, aceruus lapi-
dum,id eſt λιθολόγιον. Aphara,uitulus,uel taurus. Afara,humus eius:alijs quip
pe literis ſcribitur. Ammona,populus eius. Afani, uolans ego. Aalee, mille.
Aſarſualim,atriū uulpiū. Aſom,os:ab oſſe,nō ab ore. Aſan, fumus. Afarim,
fodiens mare. Ames,robuſtus. Amad,populus adhuc. Acharan, turbās eos.
Ammon,populus mœroris. Amma,populus eius. Annaceb,cognomentū.
Aſeph,atriū,ſiue ueſtibulū. Adame,cruores,ſiue ſanguines:numero plurali.
Aialon,cāpi,uel aulones. Anathoth,obediēs,uel reſpondens ſignū. Abdo,ſer
uus eius. Ammador,populus generationis. Alax,laxitudo,quā Græci χαυνότην
uocant,ſiue leuitas,per extenſam primā ſyllabam. Aſtarten, facturā ſuperfluā,
id eſt ποίησιν περιττήν. Aſtaroth,factura, id eſt ποίησις exploratorum.

C BEthauen,domus inutilis. Babylon,cõfuſio. Betharan,domus iræ,uel domus montium. Balagad,habuit accinctum,uel uir accinctus,aut uir pirata,uel fortunatus. Bethaſimoth,domus deſerta, uel domus adducens mortem. *Bamoth,excelſa. Baal,habens. Baalmeon,habens domicilium.* Bethfeor,domus oris pellium. Begumim,fabri cementarij. Betharam, domus ſublimium, ſiue montium. Bethanamra, domus pardorum, ſiue amaritudinum. Bethaglam,domus feſtiuitatis eorũ. Betharaba, domus humilis, uel ueſperæ. Boon, pollex,uel in medio. Baala, habens eam, uel ſupra. Bala,habens eam,uel uir eius,ſiue uenit hæc. Baaloth,in aſcenſu,uel aſcenſus,numero plurali. Bethaſeleth,domus ſalutis. Bazeota,deſpectio,ſiue contemptus. Baal,uetuſtas. Baſecoth,adeps,uel defecatio. Bethdagon, domus tritici. Bethafue, domus mali; non à malitia,ſed ab arbore intelligendũ. Bethſur,domus robuſti. Bethanoth, domus præcinentium. Betharaba, domus multa, uel grandis. Benennam, in eis,uel in medio eorum. Bethagla,domus feſtiuitatis eius. Beroth, putei. Betula,uirgo. Bethmarcaboth,domus quadrigarum. Bethlabaot,domus uenientium. Balathad,habitus:ab habendo,nõ habitu,id eſt cultu ueſtis. Berâm,puteus altitudinis. Bethfeſe,domus oris florentis. Bethſamis,domus ſolis. Bethen,uenter. Bethemec,domus uallis. Benaël,ædificatio dei, Bethanab, domus humilitatis,uel domus reſpondens. Belathala,habita:genere fœminino, ab habendo: *participium eſt, non uerbum imperatiuum. Benebarach, filius fulguris.* Balac,elidens.

CAriathiarim,ciuitas,uel uilla ſyluarum. Cadesbarne,commutata, electæ, ſiue ſanat electe. Cades,ſanctitudo,uel ſancta,ſiue mutata. Cariatham,ciuitas eorum,uel uocatio perfecta. Cain,lamentatio. Ceila,ad fundam iacta,ſi-
D ue ſuſcitans eam,aut tollens ſibimet. Carmelus,mollis,ſiue cognitio circuncisionis. Cariathbaal,ciuitatem habuit,ſiue ciuitas habita. Cane,calamus. Notandum,quod latinum canna,de lingua Hebræa ſumptum eſt. Caſim,ſummitas,uel principium. Cathat,ſiue caath,morſus,uel cõgregati. Caſcon, duri fortitudine. Caſabam, congregatio eorum. Cartham, uocationem perfecit. Cedemoth, prius, uel orientalis. Hucuſque per c ſimplicem literam legerimus, exin aſpiratione addita legendum eſt. Chidon,ſcutum, uel clypeus. Chifara, catulus eius,uel manus diſſipata, ſiue expiatio. Quod autem diximus, catulus eius,leonem ſignificat,quem Greci uocant σκύμνος. Chermel,molle,uel tenerum, ſiue cognitio circunciſionis. Melius autem ſi interpretetur, agnus tener. Chellon,reuelatio eorum. Chiſil,robuſtus. Chabon,quaſi intelligens. Chereloth,uidiſti ſignum. Chiſiloth,ſtulti ſignum. Chabul,quaſi germen.

DAbir, loquens, uel loquela, aut urſum timens. Dar,generatio. Dibon, abundanter,uel ſatis intelligens. Dabira,loquens,uel eloquentia,uel urſum timens. Dimona,ſatis numerans,uel ſublimitas. Dalam,egens pauper. Daleam,egeſtas eorum. Duma,ſilentium,ſiue gaudium. Dana, cauſa,uel iudicium eius. Dabath,clunis. Dabrath,loquela. Dedara, generatio eius. Domna,ſilentium.

ELlom,uitulus mœroris,uel feſtiuitas eorum. Eſdod, effuſio, uel incendiũ, ſiue ignis patruelis. Euæus, lapides colligens, quod Græce dicitur λιθόλογος. Eui,deſyderans,ſiue eſt. Eſrom,iraſcens,uel ſagitta uiſionis. Eneam,ecce iſta,uel ecce ſunt. Emmam,mater eorum. Eltholeth,ad natiuitatem. Ermon, anathema,ſiue damnatio. Eſchaol,ignis parturitionis. Eſna, δευτέρωσις,quam nos à ſecundo numero dicere poſſumus ſecundantem,uel ignis, uel ediſſertio.

Eſchamina,

A Eſchamina,concitatio. Eglon,uacca eorum. Eſaan,innitor,ſiue confirmo. El thechem,protulit. Emec,uallis. Eglon,feſtiuitas iſta,uel uitulus mœroris,uel iuuencæ. Elec,portio. Emecaſis,uallis conciſionis. Erma,anathema eius. En nathon,gratiam dantes. Enarad,ecce concepit. Elcath, portiunculam. Elam melech,ad regem. Eſtamoë,mulier uentris. Elthaci,nequaquam uomentem. Hucuſq; per e breuem literam legerimus,exin per extenſum legamus elementum. Elo,exercitus eius, pro εὐπορία enim ſemper in Hebræo,aut turmæ militũ deſcribuntur,aut opes. Engaddi,fons hœdi. Endor,fons generationis. Engannim, fons hortorum. Ennadda,fons exacutus. Edroi,inundatio paſcens me. Eram,uita ſublimis. Feſga,dolata,ſiue præciſa,aut oris multi. Falecti,ſaluans me.

GAzer,præciſio,ſiue diuiſio,uel conſtrictio. Goſnam,iuxta eam, uel applicatam. Gaza,fortis,ab ain litera incipiens, non à cõſonãte,gimel. Geth, torcular. Geſſor,applicans lumen,uel applicans dirigentem. Galiloth,reuelationis, uel tranſmigrationis. Gazeo, robuſto. Getheo, torculari. Gadera,ſepes eius. Gaderoth,maceria,uel ſepes. Galioth,colles. Gabaon, collis mœroris. Getthaafer,torcular eius humi, uel foſſum. Gabathon,ſublimitas eorũ, uel collis mœroris. Gethremmon,torcular excelſum,uel torcular ſublimium. Golam,tranſmigratio eorum. Galim,loca paluſtria,uel acerui. Galgalis,uolutabrum. Gabaath,collis patruelis.

IErimoth,timens mortem,uel altitudo mortis. Iaſie,eſt os:ab ore,non ab oſſe. Iabin, intelligens, uel intelligentia, uel ſenſus, uel prudentia. Iecmam, poſſedit populum. Iazer,auxiliũ. Iarim,ſaltuum,uel ſyluarũ. Iebneel, ædificatio dei. Iagur,colonus,uel aduena. Ietan, mercedes. Ietraël, honeſtas dei. Ie-
B pte,aperiens,uel apertus. Ianum,dormitans. Iecta,extenderũt. Iezraël,ſemẽ dei. Ierdom,incubuit populus. Ianua,requies. Ieblaam,deſipiſcens populus. Ierphal,dimiſit deus. Iecnaam,poſſeſſio populi. Iaſie,adapertio, uel oſtenſio, ſiue ſuperficies. Iepheel,aperiet deus. Iedala,manus,maledictio. Iaiel,requies dei. Ieraon, timebunt. Ierachon, aurugo, quam Græci ἴκτερος uocant. Ieſſonne,nudus,uel conuerſio. Ieta,inclinatio. Iezel,fortitudo,uel adiutorium.

LAchis,intereſt,uel ſibimet uiri. Lobna,candor,uel lateres. Labo, ingreſſus,ſiue uenientes. Laamas,ad iniquitatem. Luza, amygdalon, licet quidam interpretentur κλοιόν,torquem uidelicet damnatorum: quam uulgo bloiã uocant. Poteſt autem interpretari & hic ipſe. Labec,acceptabilis. Lacum,ad conſurgendum. Leſem,ad nomen. Leſemdam,nominis iudicium.

MEceda,exuſtio,ſiue orientalis,uel inanteceſſum,id eſt prius. Madon,cõtradictio,ſiue habitatio. Maſepha,ſpecula,ſiue de ſpecula. Maſphat,ſpeculatio,uel contemplatio,uel intentio,uel locus iudicij. Marom,ſublimis,ſiue de excelſo. Maſarphoth,incendia,ſiue de tribulatione roſtrorum. Maachati, uenter cæſus,ſiue fracta eſt mihi. Marom, aliter amara triſtitia. Mageddo,pomorum eius, ſiue cœnacula eius. Medab,aquarum fames. Mephaat,aquarũ impetus,ſiue ab eis tempora. Manaim,caſtra. Meſphat,iudicium. Maabeel, cõgregatio dei. Modaba,natiuitas. Medabena,de oneribus. Magdalgad,turris piratæ,uel turris accincti. Mareſa,à capite. Maon,habitaculum. Maaroth, ſpeluncæ. Meddin, iudicium. Maala,chorus. Melch,regina. Melſa,rixa,uel azyma. Marala,amara conſcenſio. Maalaph, de mille, ſiue de doctrina. Magdaliel,turris mea deus. Maſadda, requirentem, ſiue retinentem. Miſor, directa,ſiue campeſtris,uel de tribulatione.

C NApheddor,cõuerſio generationis. Nephtoë,diſſoluti,ſiue deceptio. Naſib,titulus,uel ſtatio. Naabſan,uel naſab,exiccata. Naal,aſcenſio. Noa, mouens,ſiue commotio. Naalal,laudent.

OZiph,germinatio. Orchiataroth,longitudo coronæ. Olí,infirmitas, Ozanoth,quaſi ſignum,uel forte ſignum. Hucuſq; per o breuem literam legerimus,nunc per extenſam legendum eſt. Oam,uæ populo,ſiue inſaniens. Oram,uæ excelſo,uel iracundia. Oſa,ſpes. Othoniel,reſponſio dei,uel reuelatio dei,uel tempus mei dei,uel ſignũ dei. Ocet, diligens, ſiue perſcrutans. Oga,inclytus,uel glorioſus. Ono,dolor eius. Q literã,quã neq; Græci reſonãt, nec Hebræi,& exceptis Latinis nulla alia lingua habet,à nobis hic penitus prætermiſſa eſt.

RAal,latitudo,uel fames,ſiue impetus. Recem,uarietas,ſiue uacuefactio. Rebe,quartus,uel ordinatus. Ramoth,uiſio mortis. Ragal, res, uel deorſum ferens. Raphaim, gigantes, uel reſolutæ matris. Remmon, ſublimitas. Rama,excelſa. Rabboth,multi. Ramath,excelſa hæc. Roob, late. Raahat,maxillæ,ſiue buccæ.

SArathan,tribulatio eorum. Semro, cuſtos eius, uel nomen uidit. Salacha, tulit ſibimet,uel tentatio itineris. Saron,princeps triſtitiæ. Semron maron, cuſtos amari mœroris. Sabama,leua excelſam,ſiue conuerſio quædã. Sart,uinculum,ſiue anguſtia eius. Sin,egrediens. Sechrona,ebrij,uel tabernacula. Siſai,longæuus. Seme,auditio. Sualim, uulpes. Sicileg, defecatio uocis adductæ,ſiue effundit ſextarium. Seneſanna,tollens rubrum,uel tentationes. Saloim,emerſiones, uel emiſſiones. Saraa, carbones, ſiue anguſtia malorum. Socha,tabernaculũ,uel umbraculũ. Saarim,portæ. Sanam,abundans, ſiue egreſſus eorum. Samer,cuſtodita. Sior,paruulum,ſiue turbulentum. Sabacha,reti
D culum. Selom,auulſio,uel dimiſſio,ſiue ubi eſt ipſe. Semdahe, nominis ſcientia. Samari,lana mea. Selam,latus:à latere, non à latitudine. Sabe, ſeptem, uel ſepties. Sarith,reliquiæ. Sonim,coccinum. Seon,ſemini eius. Saaſim,incubuit egrediens. Sala,tollens. Sames,ſol. Salabim,aggrauans intellectum.

TAla,ros eorũ,ſiue irrorata. Tyrus,quæ Hebraice dicitur Zor, & interpretatur tribulatio,ſiue anguſtia,uel fortitudo. Hucuſq; per t ſimplicẽ literã legerimus,ex in aſpiratione addita legendũ eſt. Thaphue, malũ: ab arbore, nõ à malicia intelligendũ,ſiue tympanũ apertũ. Thaanac,reſpondens,ſiue humilitas. Therſa,cõplacitio, quæ ſignificantius Græce dicitur εὐδοκία. Thalme,ſulcus,uel dependens. Thamna,numerus,uel fidelis,ſiue numerata,aut conſummatio eorũ. Thennat,ficus. Therela,uidiſti terebinthũ. Thabor, ueniens lumen. Thalla,ager eius,uel appenſio. Thaphnathſare,numerus,operimẽti noui. Vr,ærariũ, ſiue ad iracundiã prouocans. Zebbi,dotis meæ. Zabdi,fluxus uehemens,ſiue abundans. Ziph,germinãs. Zanoë,repulit,uel iſte requieuit.

## DE LIBRO IVDICVM.

ADonibezech, dominus fulminis, ſiue dominus contemptus uani. Achiman,frater meus quis. Axa,claudicans,uel iraſcens. Athaniel, tempus meum dei. Arrad, cõſurrectio deſcenſionis, aut teſtimoniũ deſcendens. Accho,uſque huc,aut hamus,uel humilitas eius. Alablac, uel lactea. Achrabbim, ſcorpiones. Aſtaroth, ouilia, uel factura, id eſt ποίησις exploratorum Anatha, reſponſio. Araſth, artifex. Abinoëm, patris mei decor. Abel, luctus, uel committens. Abelmeola, luctus parturientis. Ares,ſol. Abiezer, patris mei adiutorium. Abed, ſeruus. Armon,

anathema

A anathema mœroris,uel imago triſtitiæ. Auoth,cōmoratio,uel ſedes,aut uincu lum,ſiue incunabula,quod Græce dicitur ἔπαυλις. Abgā,pater ſordis. Abdon, ſeruus mœroris. Allel,laus. Aoth,laus. Aminadab,populus meus ſpontaneꝰ.

BEzech,fulgur,uel cōtemptus uanus,ſiue micans. Baalmeſur,habens,uel uir ex principe. Barach,fulgurans. Bachal,iugum. Bara,creatura,ſiue le ctus. Baraennim,creatura nidorum,ſiue tribuli. Baalberith,habens pactum. Bera,puteus. Berith,pactum. Baalthamar,habens palmam. Booz,in fortitu dine,ſiue in quo uirtus.

CEnez,poſſeſſio contemptibilis,uel ſpretio. Cethrom,tenebræ eorum,uel thymiama. Ciſon,impegerunt,ſiue duritia eorum,uel lætitia. Carcar,in/ ueſtigatio. Camon,reſurrectio inutilis. Quatuor nomina quæ ſequuntur ex c litera,aſpiratione addita ſunt legenda. Chetim,inſaniens,uel formidans, ſiue ſignata. Chuſam,Aethiopia eorū. Chamos, quaſi attrectans, uel cōgregans. Chelon,conſummatio,ſiue omnis dolor,uel ab initio. Debbora,apis, uel lo/ quax. Dalila,paupercula,uel ſitula. Dagon,piſcis triſtitiæ. Enach,humilis cō ſurgēs,uel humilitas inanis. Elohe,deus. Eglon,rotatus,uel orbita,uel iuuen cæ,uel feſtiuitas iſta,uel uitulus mœroris. Ezri,auxiliū meū. Ephod, ſuperin/ dumentum,quod Græce dicitur ἐπένδυμα,ſiue ἐπωμίδα. Ephrata,frugifera,ſiue de cinere ueniens,aut puluerulenta. Et ſuper hoc quid nobis uideatur, in libris Hebraicarū quæſtionū plenius diximus. Ephrathites,humus aut puluis eorū, ſiue frugifer. Duo nomina quæ ſequuntur, per extenſum legamus elemētum. Eud,accipiens gloriā. Eatā,auis eorū. Fura,laguncula, uel frugifer. Fanuel, facies dei. Fua,operarius,uel ſonitus,aut euidens. Farez,diuidēs,uel uiolen/ tus,ſiue diuiſio. Gaſar,cōmotio. Gera,ruminatio. Gedeon, circūiens in ute

B ro,uel inutile,ſiue tentatio iniquitatis eorū. Gabatha,collis,ſiue ſublimis. Ga rizim,accola,ſiue aduena eius. Gaala,abijciens,ſiue reuelatio. Gaza,fortitu/ do eius. Gadam,tentatio,uel accinctio populi. Iezbaam,defluens,uel deſipi- ſcens populus. Iabin,intelligens,uel ſapiens,uel ſenſus,uel prudētia. Iaël, cer ua,uel coniugium ceruale,ſiue incipiens, Ioas,ſperans,ſiue temporalis,uel do mini robur. Ierobaal,iudicet Baal,uel iudicet habens, aut ſuperior, ſiue iurgiū habens. Iecbaze,torcular lupi. Iecha,torcular. Iephone, conuerſio. Ioathā, eſt perfectus. Iair,eſt illuminans. Ionathan,columbæ donū, uel columbæ de/ dit,aut domini donum. Iabes,exiccata,uel ſiccitas.

## CANTICVM DEBBORAE.

LAphidoth,lampas,ſiue quaſi os cultri:ab ore,non ab oſſe. Lais,leo,uel ſi/ bimet uir. Meroz,aquæ ſacramentorum. Maaz,robuſtus,fortis. Mere, manifeſtus,uel illuminans,aut apertus. Mello,plenus. Manne,requies. Mi cha,quis hic:aduerbiū loci,uel quis eſt iſte. Nahellel,laus,hymnus. Nabe, la tratus. Tria nomina quæ ex o ſubijcimus,per extenſam legenda ſunt literam. Obed,ſeruiens. Othoniel,reſponſio dei, uel reuelatio dei. Obab,dilectio. O/ thoniel,tempus mei dei,uel ſignū dei. Oreb,coruus,aut ſiccitas. Racab,aſcen ſio,ſiue conſcendens. Raſathaim,impietas eorum. Saſai,longæuus, uel ſena/ rius. Sepheth,ſpecula. Salabbim,ſalus cordiū. Syria,ſublimitas. Sairath,ca/ pra. Semegar,nomē aduenæ,ſiue ibi colonus. Siſara,gaudij excluſio, ſiue tol lens recedentem,uel equi uiſio. Sectha,ſpinæ. Saratha,uinciens uenit,ſiue tri bulatio. Suroeb,ſaxū corui. Salmana,umbra prohibendi,uel umbra cōmotio nis. Samir,uepres,uel incultum. Seon,tentatio calens,uel germen quod non eſt.

C eſt. *Semanath*, nomen humile. Samſon, ſol eorum, uel ſolis fortitudo. Sorec,
electa, optima. *Salma*, *ſentiens*, uel perfecta, ſiue pacifica. Tabath, bona. Ex-
cepto hoc nomine, cætera quæ ſequuntur huius literæ per aſpirationem legen-
da ſunt. Thalmai, ſuſpēſio, uel ſulcus. Thamathares, enumeratio ſolis. Tha
nach, humilitas, uel reſpondebit tibi. Thebes, conuerſio, ſiue fieri oua. Zeb,
lupus. Zebul, habitaculum. Zabulonites, habitaculum eius.

## IN RVTH.

BOoz, in fortitudine. Elimelech, deus meus rex. Ieſſe, inſulæ libamen.
Maallon, de feneſtra, ſiue à principio, uel conſummatio. Noëmi, pulchra.
Orpha, ceruix eius. Ruth, uidens, uel feſtinans, ſiue deficiens.

## DE PRIMO LIBRO REGVM.

ANna, gratia eius. Aphec, furor nouus, aut continenter. Amina-
dab, pater meus ſpontaneus, uel urbanus. Abia, pater dominus,
uel pater fuit. Abiel, pater meus deus. Ammoni, comprimens,
uel coanguſtans me. Aſor, ſagitta luminis. Ahias, frater alius,
uel frater eius. Achitob, frater meus bonus. Achinaam, fratris
decor. Abenner, pater meus lucerna, uel pater lucernæ. Agag, δῶμα, id eſt, te
ctum. Armathaim, altitudo eorum. Azecha, fortitudo, ſiue decipula. Adre-
el, greges domini. Azel, abiens, pergens. Achis, ueruntamen uir, ſiue frater
meus, aut frater uir. Achimelech, frater meus rex. Auilath, dolens ſiue partu-
D riens. Arch, mora. Abiathar, pater ſuperfluus. Achela, ſuſcipiens eam. Abi
gal, pater exultationis, ſiue pater erroris. Abiſai, patris mei incenſum, uel ſacri
ficium. Aendor, oculus, aut fons generationis. Abigail, patris mei exultatio.
Aſan, fumans. Aathach, tempore ſuo. Baalim, habentes, ſiue aſcēdentes, uel
ſuperiores. Bethchar, domus agnitionis, uel domus agni. Bochorach, pri-
mogenitus tuus. Bezech, egeſtas. Badan, ſolus, uel in iudicio. Beſes, in ipſo
floruit, uel abſciſio. Bama, in quo. Barita, Pythoniſſa, quam Græci ἐγγαστρίμυ
θον uocant. Boſori, annunciatio, uel caro. Berſabee, puteus ſatietatis, uel pute
us ſeptimus. Cariathiarim, ciuitas ſyluarum. Cus, durus, uel uomitus uiri, ſi-
ue uomens uir. Quæ ſequuntur, aſpiratione addita ſunt legenda. Cherubim,
multitudo ſcientiæ. Chetti, inſanientes, uel metuentes. Chereti, interficien-
tes, qui ſignificantius Græce dicuntur ἐξολοθρεύοντες. Chateb, quaſi cor, aut o-
mne cor, ſiue canis. Dauid, fortis manu, ſiue deſyderabilis. Damaim, ſangui
num. Doëch, motus, ſiue ſollicitus, quod Græce dicitur ἀγώνιος. Eleazar, ad
iutorium, ſiue dei adiutorium. Eſcabod, cecidit gloria, uel uæ gloriæ. Et de hoc
quid nobis uideatur, in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diſputatū eſt.
Euilath, à principio. Ebræi, tranſitores. Etthi, mecum. Eſchamoë, cogitans.
Tria nomina quæ ſequuntur, per extenſam literam proferenda ſunt. Elchana,
dei poſſeſſio. Eliu, deus meus iſte. Eliab, deus meus pater. Finees, os requie
uit, ſiue os mutum, uel ſilens. Fenenna, conuerſio. Falti, ſaluatori meo. Ga
baa, collis. Galgala, uolutatio, ſiue reuelatio. Goliath, reuelatus, ſiue tranſmi
grans. Gallim, tranſmigrantes, ſiue reuelati. Geſuri, iuxta lumen meum, uel
applicantes è lumine meo. Garizim, abſciſiones. Gelboë, uolutatio, ſiue de-
curſus, uel aceruus pluens. Iedori, applicans, ſiue accedens. Ieroboam, miſe
ricors.

A ricors. Ioſue,ſaluator. Iechonia,præparatio dei. Ioël,incipiens,uel fuit dei. Iabes,exiccata. Ierobaal,iudicium Baal,ſiue iurgium ſuperioris aut habentis. Ieſaui,id eſt deſyderaui. Ieſſai,inſulæ ſacrificium,ſiue incenſum. Ioab,inimicus,uel eſt pater. Ierameeli,miſericordia dei mei. Matar,pluuia,uel compluto me. Machemas,humilitas,ſiue attrectata. Mageddon,tentans. Melchiſue,rex meus ſalus,ſiue rex meus tyrānus. Merob,de multitudine. Michol,aqua omnis,uel ex omnibus. Meolati,à parturiente me,ſiue à dolente me. Maon,habitaculum. Maoch,euiratus,quem Græci θλασίαν uocant. Ner, lucerna. Nuath, pulchritudo. Nobe,latratus. Nabal, inſipiens, quod ſi legere uolueris nebel, menſuræ nomen eſt,ſiue pſalterij. Ophni,diſcalciatus, ſiue inſania conuerſionis. Odollam,teſtimonium eorum. Ramathaim,excelſa eorum. Rachal,negociatio. Rachel uero interpretatur ouis, uidens deum. Sophim, ſpecula,uel ſcopulus. Saupha,ſpeculator,aut ſupereffundens. Sabaoth, exercituum, ſiue uirtutum. Samuel,nomen eius deus. Semſi,ſol meus. Saror, coanguſtans,ſiue indutus. Saul,petitio,uel habitans,uel abutens,uel abuſiuum eorum. Saliſa,tertia,uel uitula triennalis,uel ui conſternans. Salim,uulpes: ſed melius ſi legatur ſualim. Suph, ſpecula, uel effundens. Sena tollens, uel anguſtia, ſiue dens. Soba,mādatum in ea. Sur,rectus,uel fortis,uel inuincibilis. Sama,ubi, uel audiens. Sochor,ramus,uel humilitas. Sethui,fatuus. Saruia,uinctus,ſiue anguſtia. Sonaim,coccinea, uel ſubſiſtens eis. Sephamoth, labium mortis. Thou,amens,uel errans. Ziphei,germinantes,ſiue florentes.

## DE SECVNDO LIBRO REGVM.

B ASuri,atrium meum. Abiſa,patris incendium,ſiue ſacrificium,uel holocauſtum: quod ſignificantius Græce κάρπωμα dicitur. Aſaë, factura,id eſt ποίημα. Amman, cubitus menſura,non brachium. Amon, matris fletus. Abeſſalon, pater pacis. Adonia, dominator dominus. Aggia,feſtus,ſiue ſolēnis. Abithal,pater meus ros. Agla,iuuencula,uel uitula. Aia,uultur. Adrezer, decorum auxilium. Achohereth,diſperdens,ſiue diſſipans. Amiel, populus meus dei. Anon,dolens. Abiſai, pater ſacrificij. Ammiod, populus meus glorioſus. Ahitophel, frater meus cadens,ſiue irruens,uel frater meus cogitans, ſiue tractans. Arachi,longitudo mea. Ameſa,populum tulit. Aphelethi, mirabilis. Adoniram,dominus excelſus. Adoram,generatio excelſa. Ahiloth,frater inclytus. Armoni,illuminans me,uel anathema,ſiue cellarium meum,aut domus mea. Adino,tenellus,uel delicatus. Aheſani,uoluntatis,ſiue conſilio egeo. Ahoi,ſpinarum. Aga,meditans,ſiue loquens. Ararites,montanus. Adollam,congregatio eorum. Ariel,leo dei. Aſaël,factura dei,id eſt ποίημα. Aradius, obſtupeſcens,uel admirans. Aras,elatus. Alab, lac. Abiezri, dei mei auxilium. Anathothites, reſpondens ſignum. Adai,robuſtus,ſiue ſufficiens. Abialbon, pater meus ſuperintelligens. Azmath,fortis morte. Ahiem, frater matris. Aſerai, atriū meum, Arunas,illuminati.

BAurim,electi. Berothi,putei. Baana, uenit reſpōdens. Bega,excelſa. Banaia,cementarius,id eſt ædificator domini. Bethroob,domus platearum. Bethſabee,filia ſaturitatis: ita tamen ut prima correpta ſit ſyllaba: alioquin ubi producitur,ſemper domus interpretatur. Balaſor,habēs ſagittam luminis,uel aſcenſio atrij. Bethchar,domus agni. Baurim,electi,ut ſupra,uel iuuenes. Berzellai,

C zellai, ferrum meum. Bochori, primogenitus meus. Bethmacha, domus hu-milis, uel fori, uel tributi. Baana, uenit reſpondens. Bareumi, fugit eum quiſ-piam. Bethoro, domus iræ. Caſir, meſſis. Cabſeel, congregatio dei. Tria no-mina quæ ſequuntur, aſpiratione addita legenda ſunt. Calamach, omnem for titudinem. Chuſi, Aethiopia. Chorethi, diſſipans, ſiue diſperdens. Eliaba, ne quaquam abſconditus. Excepto hoc nomine, cætera quæ ex e litera ſequun-tur per extenſam primam ſyllabam legẽda ſunt. Eliſue, dei mei ſalus. Eliſame, deus meus audiens. Elidahe, deus meus ſcit. Eliphaleth, deus meus ſaluans. Elianan, domino donante. Feletthe, mirabilis, ſiue excludens. Faraothoni, auolantis triſtitiæ meæ. Farai, hi ante me. Gio, lucta, ſiue luctari. Gelo, migra, uel tranſmigranti. Gera, ruminans. Gom, fouea. Gob, lacus. Gaas, commo tus. *Gelonites, tranſmigrãtes. Garab, ſcabioſus. Hirã, uiuens excelſe.* Hiſtob uir bonus. Hiras, uigilãs. Hisboſer, uir cõfuſionis. Idcirco cũ aſpiratione hæc nomina poſuimus, q̃a & apud Græcos & apud Hebræos per diphthongũ ſcri buntur. Iezraël, ſeminauit deus. Iethraam, ſuperfluus populus. Iebgar, elegit. Iaphie, illuminat, uel oſtendit. Ioram, qui eſt ſublimis, uel manus ſublimis, uel *manus ſublimium. Ieroboſeth, iudicans confuſionem, id eſt ignominiam.* Ididia, amabilis domino. Ionadab, domini ſpontaneus. Ioadahe, ipſe cogno-ſcens. *Ioſaphat, ipſe iudicat.* Iodahe, ſciens, ſiue cognoſcens. Iesbi, eſt in me. Iaare, ſaltus. Ioiadahe, domini cognitio, ſiue ipſo cognoſcente. Iaſan, uetus. Iagaal, propinquus. Iaazaher, auxiliabitur. Ietan, reſpondens. Lodabar, ipſi uerbum. Laſabi, ſperauit in me. Manaim, conſolatio, ſiue requies. Maacha, molitus, ſiue confractus. Miphiboſeth, de ore ignominia. Maana, requies. Maaria, domus mea, uel amara, ſiue ex uiſione. Maachati, ſubactus, id eſt molli

D tus meus. Nephee, applicans ori, uel lyncurius, nomen eſt lapidis. Naas, ſer-pens. Nethophathi, incluſus. Neele, ſcala, uel torrens. Naalia, torrentes. Orchathi, æſtimatio mea. Odſi, menſis meus. Tria nomina quæ ſequuntur per extenſam literam proferenda ſunt. Obedadam, ſeruiens humo. Ohiada, ipſe cognoſcit. Oren, ira. Reſpha, λιθόστρωτον, ſiue curſus. Rachab, quadriga. Roboam, latitudo populi. Ragal, triſtes, uel deorſum. Ragalim, pedes. Ra-pha, ſanitas. *Ribai, iudicantes. Saphati, iudicans me. Sion,* ſpecula, uel ſpecu-lator, ſiue ſcopulus. Samoë, auditio. Sobab, conuertens. Soba, ſecta, à ſecan-do, non à ſectando. Suſacim, gaudium cilicij. *Siba,* egreſſus uenit. Saraia, prin ceps dominus. Sobach, conuertens te. Sunem, coccineum, ſiue eleuans. Sa-be, ſaturitas. Sadoch, iuſtus. Sia, indigentes, ſiue dormitantes. Subochai, con-denſum, ſiue fructetum. Et ſuper hoc quid nobis uideatur, in libris Hebraicarũ quæſtionum plenius diximus. Samai, ubi mihi, ſiue audiens. Salmon, umbra uirtutis. Sarai, princeps mea. Salech, egrediens. Thebes, fuerunt in ea, ſiue fa-cta mea. Thalme, fulci. Thecue, clangor, uel tuba, ſiue percuſſio. Thecuites, tuba canẽs, ſiue buccinator. Theetim, inferiores, uel ſubter. Hæc nomina quæ poſuimus per literam t aſpiratione addita ſunt legenda. Vria, lux mea dei. Vſi, feſtinans. Vrchi, longitudo mea. Vſathi, feſtinante me.

## DE TERTIO LIBRO REGVM.

ABiſai, pater meus ſuperfluus, ſiue patris mei rugitus. Accherethi, in terficiens, ſiue diſſipans, uel demoliens. Amaſa, populum tollens, ſiue leuans. Azor, atrium. Azaria, auxilium domini. Ahia frater eius, uel ubi hæc? Ahiſar, frater meus princeps. Adonirã, dominus meus

A meus excelſus. Aelam, ante fores, ſiue ueſtibulum. Adadezer, decorum auxi-lium. Adoram, generatio excelſa, ſiue decor excelſi. Ano, dolor eorum. Aſa, tollens, ſiue ſuſtollens. Auan, ſubuertit eos, ſiue mouens eos, uel fons. Aua-chim, non eſt innocens. Anani, gratificatus mihi, ſiue donatus mihi. Ahab, frater patris. Azuba, relicta, uel deſerta. Bethſabee, filia iuramẽti, per breuem primam ſyllabam legendum eſt. Benur, filius aërius, ſiue filius ignis. Bethſa-mes, domus ſolis. Bethanan, domus gratiæ, aut doni. Baſamath, delinquens. Baaloth, aſcendentes. Bul, germinis. Booz, in fortitudine. Baraſa, in egeſta-te, ſiue ueniens ad faciendum, uel hauriens. Cane, pœnitentia, ſiue clangor tu bæ. Carmelus, tenellus, aut mollis, ſiue ſcientia circunciſionis. Hucuſq; per c ſimplicem literam legerimus: exin aſpiratione addita legendum eſt. Chala-cad, paſcens, ſiue nutriens. Chamos, congregatio, ſiue quaſi attrectanti, uel pal panti. Charith, diuiſio, ſiue cognitio. Chanaan, erubeſcens, ſiue negociator. Dachar, compungentes. Dardahe, generatio cognitionis. Dabir, oraculum. Dui, pulchritudo. Damaſcus, ſanguinem bibens, uel propinans. Eſda, miſeri cordia. Ezraël, ſemen dei. Emori, amaricantis, uel loquentis. Eſrai, indigena, uel orientalis. Ezazon, uiſio. Hucuſq; per e breuem literam, exin per exten-ſam legamus. Eli, deus meus, ſiue ſcandẽs, ſiue ſcindens. Elioreb, dei hyems. Eri, uigil meus. Elon, aulon, de quo plenius in uolumine locorum diximus. Ethan, robuſtus, ſiue aſcenſus. Eman, accipiens, uel formido eorũ. Ethanim, robuſtorum. Eſiongaber, uoluntas, ſiue conſilium triſtitiæ cõfortatæ, uel iuue-nilis. Ela, maledicta, uel ipſi. Eſaion, uoluntas, ſiue conſilium mœroris. Elias, deus dominus. Eliſaë, dei mei ſalus. Felethi, admirabiliter. Fadaia, redemptio domini. Gaber, aut uir, aut iuuenis, uel fortis, ſiue uiriliter. Goneabath, furtũ
B filiæ. Gonath, arrogantia tua, uel hortus tuus. Gezi, præruptum uidens, uel uallis uiſio. Gir, diuiſio, uel præciſio. Gozan, tonſio eorum, uel fortitudo eo-rum. Gabe, collis. Godolia, magnificus domini. Iezabel, cohabitatrix, ſiue eſt fluxus uanus. Ieconiam, ulciſcitur populum. Iair, illuminauit. Iacon, præpa-ratio. Ieroboam, dijudicans populum, uel dijudicans ſuper nos. Ieſſai, inſulæ ſacrificium, uel holocauſtum. Ioſia, cuius eſt ſacrificium domino, uel ſalus do-mini, uel fortitudo domini. Ieu, ipſe, uel eſt. Ioram, qui eſt excelſus. Ioſaphat, domini iudicium. Iemla, plenitudo, uel circunciſio. Leben, ædificatio, uel can dida. Mageddo, cœnacula eius. Maacha, percutiens, ſiue percuſſa. Maces, de fine. Maol, chorus, uel de plenitudine. Malachra, deſpiciens, ſiue diuiſio. Me chonoth, fulcra, quæ Græci baſes uocant, id eſt ὑποθέματα. Melloth, plenitudo ſiue adimpleta. Machaia, quid hic, aduerbium loci, ſiue quis dominabitur. Mo ſe, ſaluificator, ſiue à ſaluatore. Naphaddor, diſperſa generatio. Netna, imago. Neiſoth, ſtatio. Naboth, conſpicuus, uel ſeſſio, ſiue excluſio. Nadab, ſponte. Naama, decor. Naaman, decor domini mei. Neſib, ſtans. Namſi, tangens, uel attrectans, ſiue palpans. Omri, criſpãs meus, uel manipulus meus. Oza, robu ſtus domini. Olda, deſtructio, ſiue diuerticulum. Tria nomina, quæ ſequun-tur, per extenſam literam proferẽda ſunt. Og, congregans. Ophir, infirmans. Obedia, ſeruiẽs domino. Rei, paſtor meus. Ramoth, uiſio mortis. Razon, my ſticus, uel ſacratus. Rabaam, impetus populi, uel latitudo populi. Sunamitis, quicũq; morietur, ſiue mortificata. Siſa, tentatio, ſiue farinaceus. Saalabim ag-grauans intellectũ. Soca, ramus. Sarthan, tribulatio eorum, ſiue demolitorũ, aut coanguſtantium. Sion, ſpecula, uel mandatum, ſiue inuium. Saba, captiua, Sathan, contrarius, ſiue aduerſarius. Suba, incenſa, ſiue conuertens. Sadala, la-

C tus eius: à latere, non à latitudine. Sabua, lepra. Seſac, byſſus cilicij. Sichima,
humerus. Semeia, audiens dominum. Somer, cuſtos. Sali, miſſa. Sophar, diſ-
ſipare, uel diuidere. Sigab, ſupertollere. Sareptha, incēdium, ſiue tribulatio pa-
nis. Sidonia, uenatio inutilis. Saphat, iudicās. Sedechia, iuſtus dominus. Ta-
phath, paruulus uenit. Thabremmon, bonus ad uidendum, ſiue bona ſublimi
tas, uel bona uiſio eorum. Hucuſq; per t ſimplicem literam legerimus, exin
aſpiratione addita legendum eſt. Thanath, reſpondet tibi. Thermad, explo-
ratio redemptionis. Thaſiſa, claudicatio, ſiue remiſſio uitæ. Thedor, paxillus.
Themor, zmirna. Tharſis, exploratio gaudij. Thaphnes, cooperte ſignum,
quod ſignificantius Græce σημεῖον dicitur. Therſa, placēs. Thebni, palea mea.
Thesbi, captiuans, ſiue cōuertens. Zoëlet, tractum, ſiue protractum. Zabad,
fluens torris, quem uulgo titionem uocant. Zamri, iſte laceſſens, uel amari-
cans: proprie enim nomen ab amaritudine figuratum eſt. Zaba, iniquitas.
Zabaoia, dotata domini.

## DE LIBRIS REGVM.

AHiel, uiuens deo, uel uidens deum. Abiram, patri excelſo. Aza-
el, uiſus deo. Adad, patruus, uel patruelis, aut teſtis. Azaia, appre
hendens deum, uel fortitudo domini, ſiue fortitudo eius. Abana,
lapides eius. Athalia, tempus domini, uel tempus eius, ſiue tēpo-
ralis domini. Aramathai, deijciens eum. Arnon, lux eorum, uel
arca mœroris. Amaſia, robuſtus domini, uel populus elatus. Affee, contine-
bit, uel apprehendet. Amia, robuſtus domini, uel populus domini. Amathi,
ueritas mea. Azaria, adiutor dominus. Affith, libertas. Argob, maledicēs ex-
D celſum. Ariel, leo dei. Azor, ſagitta luminis. Aaz, continens, aut apprehen-
dens. Ala, infirmitas. Abur, liuor, aut uulnus. Azama, delictum. Adrame-
lech, ſtola regis, uel decor regis. Anamelech, reſpondente regi. Abiſa, uolun-
tas mea in ea. Azaph, colligens. Arphath, ſanans, aut ſanatus. Anei, nūquid
commotus eſt. Amos, robuſtus. Ararat, armenia, uel mons conuulſus. Aſara
don, uincens, uel exacutus. Arus, inciſa, uel aureus. Adaia, teſtimonium domi
ni. Achicam, frater meus ſurgens. Aſaia, facienti domino. Achabor, mus.
Ares, ſol. Amital, calefactus ros. Auil, ſtultus, inſipiens.

BAalzebub, deuorans muſcam. Baalſaliſa, habens tertium. Badachar, ue-
nit cōpungi. Bethagan, domus horti. Bethcacon, domus ſculpturæ. Ba-
ſan, confuſio, ſiue pinguedo, uel ſiccitas. Bedech, inſtauratio. Banada, filius de
corus. Baladan, uenit ſibimet iudicans, uel uanitas pro ſemetipſo. Baſecat, adi
pem. Bethim, domibus.

CAbalaam, præcipitauit. Cadeſim, commutati, ſiue effœminati. Caree, cal-
uus. Hucuſq; per c ſimplicem literā, exin aſpiratione addita proferendū
eſt. Chabratha, electio: ſuper hoc in libris Hebraicarū quæſtionum plenius di-
ſputatum eſt. Charith, conciſio. Charan, ira, uel foramen. Chomarim, æditui.

EZer, ſeparatus, ſanctificatus. Elciau, pars domini. Ebſiba, uoluntas mea
in eo. Eſeliau, prope dominum eſt. Enam, ecce hæc ſunt. Ennathan, ad
dantem, ſiue deo dante. Quatuor nomina quæ ſequuntur, per extenſam literā
proferamus. Eloth, arietis ſignum, uel arietatio. Elam, dei populus, uel pro fo
ribus. Elia, dei domini. Eliachim, dei reſurrectio. Eſaia, ſalus domini.

FArfar, fodientes, ſiue diſſipationes, uel talpæ. Ful, ruina, uel cadēs. Facria,
aperiente domino, uel oris aſſumptio. Falazar, cadens princeps, uel caden

tem

A tem principem. Farurim,conſciſſio. Faſee,tranſcenſus,ſiue tranſgreſſus. Fadai, redemptio domini.

IEblaam,abſorbet. Ioſabe,ubi eſt ſaturitas,uel domini ſaturitas. Ioiade,domini cognitio. Iozacar,domini memoria, uel qui eſt memor. Iozabad,domini dos,uel qui eſt dotatus. Ioaz,ubi eſt retinere, uel domini retentio. Ioadina,domini delicata,ſiue quæ eſt delicata,uel tenella. Iaciel,cœtus dei,uel auxilium dei. Iona,columba,uel ubi eſt donatus,ſiue dolẽs. Iachalia,fortitudo domini. Ioatham,conſummatus, ſiue perfectus. Iezechia,apprehendens dominum, uel fortitudo domini. Ioaë, ubi eſt frater, uel domini frater, ſiue factura fratris. Iothaba, peccantes in ea. Ididia, amabilis domini,uel amabilis eius. Ieremiahu, excelſus domini. Iezania, audiens, uel auſcultans dominum. Ioiacim,domini reſurrectio,uel ſuſcitatio,ſiue qui eſt conſurgens.

MAſſa onus,ſiue aſſumptio. Mattham, donata,uel donans. Manaëm,cõſolans. Manaa,conſolatio, ſiue munus, aut ſacrificium. Medon, aquæ eorum. Mocotha,plagæ eius. Mocoth,plagæ. Marodas, amara arrogantia,ſiue contritio. Meſſalem,reddens,uel reddita. Mazaroth,ζώδιον, quæ duodecim ſigna Mathematici aſſerunt. Moloc,rex. Meſti,uarietas. Mageddo,de tentatione. Mathania,donum dei. Mechonoth, fulturæ, quas baſes, uel hypothemata, id eſt ſuppoſitiones poſſumus dicere. Maſſaphat, ſpeculatio, ſiue contemplatio. Marodach, amaritudinem immittens. Mamzamaroth,tridentes, uel fuſcinulæ, quas Græci ἀναλύμπτηρας uocant.

NAboë,propheta,uel prophetans. Naaman, decus, ſiue commotio eorũ. Nergal,lucerna aceruí. Naazab,prophetauit tunc,ſiue ſeſſionis initium. Noëſthan,æs eorum. Niniue,fœta, ſiue germen pulchritudinis, uel ſpecioſa.
B Neſrath,fugitiuus tener,uel tentatio tenera. Nechotha,ſtyracem eius,uel aromata. Necho,percuſſi. Nabuchodonoſor, prophetia lagunculæ anguſtæ, ſiue prophetans, iſtiuſmodi ſignum, ſiue ſeſſio in agnitione anguſtiæ. Naoſta, æs eius. Nabuzardan,prophetauit palas, quæ uentilabra uulgo nuncupant, ſiue prophetia alieni iudicij. Nathania,donante domino.

RAchab,aſcenſio,ſiue excelſa. Ramalia,excelſus domini. Raaſon,curſus, uel complacitio, ſiue complacentia, quam ſignificantius Græci εὐδοκίαν uocant. Rabſaris,princeps eunuchus,ſiue magiſter,aut maior eunuchus. Rabſace, princeps deoſculans, ſiue multus oſculo. Rafes, uolucres, ſiue curſus oris. Rablai, multum hæc, ſiue multa. Ruma, excelſa. Roblath, multam iſtam,ſiue multitudo.

SVnem, dentes, uel coccineum, ſiue uarietas. Samariam, cuſtoditam. Sabath,requies,uel intermiſſio. Sir,lebes,uel aula,quam uulgo ollam uocãt. Saderoth,περίβολοι,mœnia,uel porticus publicæ. Sabia, caprea, uel dama. Sela,ſemper. Semath,audiens. Saulum,reddens. Salmanaſſar, perfectus uinculo,uel ad uinciendum. Sapharuahim,libri,uel literæ. Sochothanoth, tabernacula, uel umbracula filiarum. Sennacherib, tollens, uel leuans deſerta. Sobnas,ſedens,uel reuertens. Saëſdema, peſtilens aër,quem Græci ἀνεμοφθορίαν uocant. Saraſar,princeps tribulationis. Safau,labium eius. Sademoth, arua, uel regiones. Saraia,uinctus. Safania,abſcondit dominus, uel domini protectio. Omnia nomina quæ per t literam ſubdita ſunt, aſpiratione addita ſunt proferenda.

THapſe,indignans,ſiue ſeſſio offendiculi. Theglat,tranſmigrans, actiua ſignificatione intelligẽdũ,q̃d Græce dicitur ἀποικίζον, id eſt alios transferẽs.

C Thartach,ſubuerſio,quam melius Græci ἀνατροπήν uocant. Thartan,turturē
dedit,uel ſuperfluus,uel elongans. Thalaſar,appenſus princeps. Thaaſar,di-
uitiæ. Thecum,patientia. Therac,elongatus, ſiue ut nomen proprium figure
mus,Proculus. Thoſ,protectio oris,ſiue gehenna. Theraphim,incendia,ſed
melius imagines,uel figuræ,quas Græci μορφώματα uocant. Thanameth,con-
ſolator.

## DE PSALTERIO.

ABeſſalon,pater pacis. Aſaph,congregans. Aleph,mille,ſiue do-
ctrina. Ain, fons, ſiue oculus. Beelphegor, habens hiauit, ſiue
habens os pellis, uel pelliceum. Beth, domus. Babylon,confu-
ſio. Cades,immutata,uel ſancta. Coph,uocatio,uel auis:ſed me-
lius excuſſio,quam Græci ἔκκρουμα uocāt. Cedar,tenebræ,uel mœ
ror. Chuſi,æthiops. Caph,manus,palma,uel uola. Deleth,pauper,uel tabu-
la,uel ianua. Ezraites,ſemen dei. Ermon,anathema eius,uel anathema mœro
ris. Ephrata, frugifera, ſiue equidem uides. He,ipſa, uel iſta, ſiue ſuſcipiens.
*Heth,uita,uel uiuacitas.* Fe,os:ab ore,non ab oſſe:ſiue laqueus, ſiue decipula.
Gebal,*definiens*,ſiue diſterminans. Gimel,retributio,uel plenitudo. Iemini,
dextera mea. Idithun,tranſiliens eos,ſiue ſaliens eos. Iod,principium, uel ſci-
entia,aut dominator. Lamech, doctrina, ſiue diſciplina. Mem,ex quo,uel ex
ipſis, ſiue à qua. Nun, fœtus, uel piſcis, ſiue ſempiternum. Res,caput. Sel-
mon,umbra offendiculi,uel ſentiens, ſiue imago fortitudinis. Samech, firma-
mentum:quidam erectionem, uel adiutorium, ſiue fulturam putant. Sade,re-
gio,ſiue iuſtitia,uel ueneratio. Sin,dentes. Teth, bonum. Quatuor reliqua
D quæ ſequuntur,aſpiratione addita proferenda ſunt. Thabor, ueniens lumen,
uel ueniat lux. Thau, ſignum, uel ſubter. Thalaſar, appendit principem.
Thobel,offerre. Vau,& ipſe. Zebeth,uictima,ſiue hoſtia. Zai,oliua,uel for-
nicatio, ſiue hæc. De alphabeto Hebræorum plenius in ea epiſtola, quam
ſuper centeſimo decimooctauo pſalmo, ad ſanctam Paulam ſcripſi, exiſtimo
diſputatum.

## DE ESAIA PROPHETA.

AIt, condemnatio. Aelamite, deſpicientes, ſiue comparati. Aſaph,
congregans. Aiath,mos. Arran,ira, uel iraſcens. Ane, nunquid
commotus eſt. Aua, iniquitas. Adremelech, decorum regnum,
uel decorus rex. Aſſerdan, uinculum cutis, ſiue iudicij, uel exacu-
tus. Achor,turbatio, uel tumultus, ſiue peruerſio. Barachia, benedictus do-
minus, uel benedicens dominus. Boſra, in tribulatione. Baladan, ueniens
eam iudicare. Bel,uetuſtas,ſiue abſq;. Citiorum, conciſorum,ſiue plagæ con-
ſummationis. Carthaginis,ſcrutationis. Ciro,hæreditas. Duo nomina quæ
ſequuntur,per aſpirationem legenda ſunt, Chalanne,omnes. Chelcian,pars
mea dominus eſt. Dimaon, ſufficit eis mœror. Deſech, calcatio, uel unctio.
Dodanim, patruelis: uertitur etiam in propinquos. Emmanuel, nobiſcum
deus. Eleale, ad aſcenſum, ſiue conſcenſum. Eglaim, uituli, uel iuuen-
cæ. Ezao, uiſio. Tria nomina quæ ſequuntur, per extenſam proferen-
da ſunt literam. Elamite, λιθολόγιον eorum, ſiue comparati, aut deſpicien-
tes. Elim,aries,ſiue deficiens. Efa,reſolutus,uel effundens. Facee,aperiens.
Fut, induite. Gebim, foſſæ. Gazon, nux eorum. Iaſub, reuertens. Iaas,
dimidium,

A dimidium, uel fuit. Ioach, cuius eſt frater, ſed melius confitens, ſiue glorificans. Ieruſalem, uiſio pacis. Laiſa, leo. Luit, maxillæ, ſiue genæ. Luth, utilis, uel declinans, ſiue utinam. Madian, iniquitas. Magro, gutturi, uel de fauce. Magmas, uile tributum, ſiue de tactu. Madebena, à ſaltu eius. Memphis, ab ore. Marodac, amara, contritio, ſiue procacitas. Moſoc, capientes. Nabao, prophetia, uel uenientes. Nerid, pardorum, ſiue apoſtatarum. Niniue, fœta, uel germen pulchritudinis, aut ſpecioſa. Naſaram, germen molle, uel tenerum. Nabo, ſeſſio, uel ſuperueniens. Ozia, fortitudo domini. Oronaim, foramen mœroris. Romelia, excelſus domini. Refef, λιθόστρατον. Rabba, multa, uel multitudo. Sorec, ultima, uel electa. Sicera, ebrietas. Seraphim, ardentes, uel incendentes. Sion, ſpecula. Siloa, miſſus. Sabaoth exercituum, ſiue uirtutum, uel militiarum. Samariam, cuſtodia eorum. Sufir, irritum. Sabama, tollens altitudinem. Sargon, princeps horti. Sobnam, ſedens, uel reuertens. Siſaim, egrediens. Saron, princeps mœroris, uel cantans triſtitiam. Seraphar, princeps tribulationis, ſiue elatio. Sabaim, captiui. Saba, captiuitas. Tabeel, bonus deus. Tanis, mandans humilia. Zacharia, memor domini.

## DE OSEE.

BEeri, puteus meus, uel in lumine. Baalim, in ſuperioribus, ſuperiores, uel habentes, aut uiri. Bethaben, domus inutilis, uel domus idoli. Debelaim, palatæ. Gomer, conſummata, atque perfecta. Iotan, domini conſummatio, ſiue perfectio. Iezraël, ſemen dei. Iarib, dijudicans, uel ulciſcens. Ierebeel, iudicium dei, uel dijudicans ſuperior. Mahamad, deſyderabile. Oſee, ſaluans,
B uel ſaluatus, aut ſaluator. *On, inutilitas, uel dolor, aut labor, ſiue iniquitas.* Salmana, umbra commotionis, uel conſummatus, ſiue perfectus. Seboim, ſtatio, ſiue ſtantes.

## DE AMOS.

AMos, fortis, ſiue robuſtus, uel populus auulſus, ſiue populū auellens. Accaron, gregis paſcua, ſiue in paſcuis, quod Græce dicitur ἐν ποιμαινοτροφίοις. Amaſia, populus domini, uel fortis domini, uel populum leuans. Gaza, fortitudo eius. Gog, δῶμα, id eſt tectum. Melchon, rex noſter. Rephan, factura ueſtra, uel requies ueſtra. Theman, auſter. Thecue, tuba, uel buccina, ſiue percuſſio, quam Græci κρουσμὸν uocant.

## DE MICHAEA.

AChaz, apprehendens, uel tenens. Anachim, humilitas renuens. Michæa, quis hic, aduerbium loci, uel quis iſte? Moraſthi, hæres meus.

## DE IOHELE ET ABDIA.

NEmrod, apoſtata. Fatuel, latitudo dei, uel aperiens deus. Ioël, incipiens, uel eſt deus, uel dei. Abdia, *ſeruus domini.* Amathi, *ueritas mea,* uel fidelis meus.

DE

C

## DE IONA ET NAHVM.

IOna,columba,uel dolens. Ioppe,pulchritudo. Elceſei,aduocati. Niniue, ſpecioſa. Nahum,conſolator. Senam,abundantia. Sarfaad,incendium.

## DE HABACVC ET SOPHONIA.

HAbacuc,amplexans. Amaria,dicente domino,uel uerbum domini. Godolia,magnificatus dominus,uel magnificus. Sophonia,abſcondens eũ.

## DE AGGEO.

AGgeus,feſtus,ſiue ſolẽnis. Ioſedech,domini iuſtus, ſiue iuſtificatus. Salatiel,petens domini,uel petitio domini. Sabath,ſceptrũ,uel uirga. Zorobabel, princeps, uel magiſter Babylonis, ſiue aliena translatio, uel ortus in Babylone.

## DE ZACHARIA ET MALACHIA.

ADdo,ſeruus,ſiue teſtis eius,uel fortitudo eius. Aſaël,factura dei. Ananeel,gratia dei. Chaſeleu,ſpes eius. Ragom,hyems,ſiue multum delictum. Rama,excelſa. Sedrac,decorus meus. Elia,deus dominus. Malachia,angelus domini,uel meus. Thesbites,captiuans.

## DE HIEREMIA.

D

ANathot,reſponſio,ſiue reſpondens,ſignum,uel obedientia. Amon, fidelis,uel nutriens,ſiue onus. Achobor,mus. Anania,gratia diſſipata, ſiue gratia dei. Azor,adiutus. Amaſia,factura dei. Ananeel, cui donauit deus. Aſedemoc,arua,uel ſuburbana. Ananeel, gratia dei. Anan,gratia. Ania,gratia domini,uel donans dominus. Abdiel,ſeruiens deo. Abdemelech,ſeruus regis. Aſa,factura. Afree,furor alienus,ſiue uita diſſipata, atq; diſciſſa. Azau, fortitudo eius. Aroër, ſuffoſſa, ſed melius myricæ. Alaſa,triplex,uel conternata. Ahi,quæſtio,uel uallis,ſiue uiuit. Arfath,ſanãs. Aſchenez,ignis ita aſperſus. Amiathal,calefactus ros. Auil, ſtultus,inſipiẽs.
BVz,deſpectus,ſiue contemptus. Baruch,benedictus. Baalis,habens uirũ. Baaſa,ueniente factura. Boſor,tribulatio. Bel,uetuſtas. Aethulia,dolens domus dei.
CAriathiarim,ciuitas ſaltuum,ſiue ſyluarum. Colaia, uox facta. Cedron, triſtis,mœror, ſiue dolor. Cariatham, ciuitas, uel oppidum eorum. Carioth, occurſus igni. Hucuſq; per c ſimplicem literam legerimus, exin aſpiratione addita proferendum eſt. Chelcia, pars domini. Chabomim,manus,uel aceruus ſpinarum, ſed melius præparationis, licet pleriq; Hebræorum libam, uel cruſtulam ſignificari putent. Chamoam, ſimilis eis. Charmamos, agnus congregatus,ſiue agnitio, quaſi ſarmentum. Chamos,congregatus. Dedan, hoc iudicium,ſiue tale iudicium. Dalaia, hauriens dominus, uel pauperculus domini. Dibon, ſatis intelligens. Deblathaim, palatæ eorum. Ennom, ecce hæc,ſiue ſunt. Elnathan,ad dantem,ſiue addentem, uel donum dei. Elaſa, ad faciendum. Ezriel,adiutus à deo. Eſebon, cogitatio mœroris. Hucuſq; per

e breuem

A ebreuem literam legerimus: exin per extenſum legamus elemētum. Elam,op-
poſiti, ſiue abiecti, uel compoſiti. Eliſama, deus meus audiens. Efai, defectio
mea. Eliſame,deo meo audiente. Elon,exercitus fortitudinis. Feſor, os nigre
dinis. Fathures,deceptus, calcatus, ſiue buccella confirmata. Farao Nechao,
diſſipans præparata. Gamaria, retribuens dominus, ſiue conſummans domi-
nus. Garab,ſcabies,ſiue incolatus multus. Gamuel, retributio dei. Ieremia,
excelſus domini. Iechonia,præparatio domini,uel ſic fact⁹ domino. Iezonia,
auſcultās dominū. Iegdaliau, magnificus domini. Ioachal, robuſtus & fortis.
Ieraia,timens dominū. Ionathan, domini donum, uel columbā dedit. Iuchal,
potens. Ioanam,erat donans,uel domini donum. Iazer,auxiliatus. Maſeia,fa
ctura domini. Morethi,hæres meus. Moloch,rex. Matthama,munus & do-
num. Melchia,rex meus. Maſefa,ſpeculatio,ſiue contēplatio. Magdalo,ma-
gnificentiæ,ſiue turri. Mefaat,aquæ impetus. Maon, habitaculū. Melchā,rex
eorum. Marodac, amara contritio, ſiue impudentia. Medon, metientes. Ne-
leamitis, hæreditas cuiuſdam. Neria, lucerna domini. Nathania,donū domi-
ni,uel dedit dominus. Nergel, lucerna acerui. Nabuſabaru, calcatū tempus.
Nechao,paratus iſte. Holofernes,uitulus ſaginatus. Omre,uerbum. Excepto
hoc nomine,quatuor quæ ſequūtur,per extenſam uocalem legenda ſunt. O-
faz,*obrizum*.Eſt aūt genus auri,quod Græci κιῤῥὸν uocant. Oiade,eius ſcienti,
ſiue ipſe cognouit, uel domini ſcientia. Oſai, ſaluabit me. Oronaim, foramen
mœroris. Rechab, quadriga,uel aſcēdens. Rabſaris,princeps eunuchus. Rab
mag,princeps cibi. Rablata,multa hæc,ſiue multū iſte. Sedechia, iuſtus domi
ni. Sior,firmamentū nouū,uel turbidū. Sor,fortis,uel petra, ſiue tyrus. Seſac,
byſſus ſacceus,ſiue manus ſacci. Selom,translatus,ſiue reſtituens. Samaia,au-
B diens dominū. Safane,labiū eius. Salom,retribuens,ſiue pacificus. Sefela,hu
milis,ſiue campeſtris. Selemia,reddente domino. Saraia,princeps fuit. Safa-
thia,iudicat dominus. Saraſar,princeps tribulationis. Samagar,nomen adue-
næ. Sarſachim,princeps cadaueris,uel ruinæ. Safan, Cherogryllus, lepus, uel
hericius,ſiue labium eorum. Sabama,attollens excelſum. Segon,loquela inu-
tilis. Tafnas,inſanum os ſerpentis,ſiue opertum ſignū. Duo nomina quæ per
t literam ſequūtur,aſpiratione addita ſunt legenda. Thof,gehenna, uel oper-
culum oris. Thaamath,dedit indignationem,ſiue bilem.

## DE DANIELE.

AFfanez,equorum domitor. Anania,gratia dei. Abdenago,ſerui-
ens taceo. Amalaſar,dixit princeps. Arioth,ad ſolitudinem redi
gens. Aſuerus,atrium eius,uel beatitudo. Aſtiages, uolūtas, uel
conſilium feſtiuitatis. Habacuk, amplexans eos, ſiue ſuſcipiens
eos. Artaxerſis, lumen ſilentio tentans. Balthaſar, capillus capi-
tis. Bari,in cōmutando,ſiue putei,uel in uentre. Bel,uetuſtas. Dura, loquēs.
Elam,ſecula,uel ſempiterna. Forthommim,diuiſio perfecta populi glorioſi.Et
de hoc quid nobis uideatur, in libris Hebraicarū quæſtionū plenius diximus.
Ioachim, cuius eſt præparatio, uel domini præparatio. Iezechiel, fortis dei,uel
apprehendens deum. Iezania,auris eius,uel auſcultante domino. Iobab, ini-
micus,ſiue eſt pater. Iſimoth,adducet mortē. Iſar,immutata,uel paruula. Ieza
hel,eſt iter. In,fuit,uel mēſura. Miſaēl,quæ palus domini. Miſac,qui riſus,uel
de gaudio. Mane,numerauit. Michaēl, quis ut deus. Perſæ,tentantes. Suſan

 na,lilium,

C na,lilium,uel gratia eius. Sennaar, dentis uacuefactio. Sidrac, decorus meus.
Suſis,equitatio,uel reuertens. Vlai palus, à palude, non à palo, ſiue dolor fœ-
moris,aut umbraculi.

### DE EZECHIELE.

AZur,adiutus. Accerethi,interficiens,ſiue demoliēs. Aſſurim,ignis
illuminationum. Aram,ira,uel iracundus. Aun,inutilis,ſiue idolū.
Ainagallim,fons,uel oculus uituli. Azara,crepido. Auran,iracun
dia. Ariel,leo dei. Aſer,beatitudo. Arſemel,ſilentium circunciſio-
nis. Achal,omnia. Aradi,deponentes. Aelamite,appoſiti,ſiue collati,aut ob-
iecti. Buzi,deſpectus,ſiue cōtemptus. Banaia,ædificium domini. Berota,pu-
tei eius. Baalmeon,deſcenſio humilis. Bagazin, in excelſo contemptus. Bu-
baſtus,os, uel labium exprimenti. Bath,filia,uel menſura. Cariathim,ciuitas
eorū. Cedar,triſtis,uel tenebræ. Cades,mutata,uel mutatus. Cur,gelu. Huc-
uſq; per c ſimplicem literam legerimus:exin aſpiratione addita proferendū eſt.
Chobar,grauitudo,uel grauitas,ſiue iuxta electum. Chodchod, Carthaginen
ſes. Channa,fundum,uel præparatio. Chalamad,conſummauit, ſiue menſus
eſt. Chaldæi,quaſi ubera,uel quaſi feri,aut quaſi dæmones. Cherethim, diſpo
nentes,pro quo melius in Græco διατιθέμενοι. Chēnor,agnitio luminis, uel cæ
tera. Cherchoro,cognita ablatio. Chelbon,lactei. Chalamar, omnis amaritu
do. Chomor,laceſſiones. Deblata,palatæ. Dioſpolis,abnuēs,ſed melius Græ
ce Iouis ciuitas. Eſemel, electrū. Eliſa, ad inſulam, ſiue deus ſaluator. Elbon,
robuſtus fortitudine,ſiue dei fortitudo. Ethalon, incunabula mœroris. Ezer,
fortitudo,uel auxilium. Emmer,ſermo,uel uerbum. Eſchani,habitantes con-
D temptum. Eliſee,dei eſt hæc,uel dei ſalus. Hucuſq; per e breuem literam lege-
rimus:exin per extenſum legamus elementum. Enagallim,fons,uel oculus ui
tulorum. Elam,ſempiternum,uel ſeculum,uel λιθολόγιον eorum. Efi,menſura.
Engaddi,oculus,uel fons hœdi. Enom,fons fortitudinis. Felechia,ſalus do-
mini. Fut,Libyæ. Fennag,nutus. Fares, diſſipans. Facud, uiſitatus, uel uiſi-
tans. Gaze,gazophylacium,ſiue fortitudo eius. Gog,tectum. Gomor, con-
ſummatio,ſiue perfectio,uel uenundatio. Galali,uolutabra. Galilæa uolubi-
lis,ſiue trāſmigratio facta. Iezechiel,fortitudo dei. Iezania,auris eius. In,men
ſura. Iob,ocioſus. Ir,uigil. Lidi, nati. Maalmeon, habuerunt habitationem,
ſiue de habitatione. Moſoch,amentes, ſiue trahentes. Magog,quod tectum,
uel de tecto. Megia,deſpectio. Machalaim,cōſummatio eorum. Magdol,ma
gnitudo,uel turris. Magalim,tranſmigrationes, ſiue coloniæ. Manaim, de re-
quie. Noé, requies, uel commotio. Oolla, tabernaculum meum in ea. Oeſa,
æſtus. Hucuſq; per o breuem literam legerimus:exin per extenſam legendum.
Ozan,abijt. Oram,irati. Oſar,uolātes. Oſia,ſalus domini. On,dolor,uel mœ
ror. Rabbath,multitudo. Raama,tonitrus. Rodij, uiſio iudicij. Ramoth, ui-
ſio mortis. Regma,malitia quæpiam. Semel,idolum. Et notandum,quod La-
tinus ſermo ſit in Hebræis uoluminibus à ſimilitudine, unde & ſimulacra di-
cuntur. Safan,hericius,uel lepus,ſiue labium eius. Semoth,nomina. Sela,um
braculum eius. Sanir,tolle nouitatem,uel dens lucernæ. Sœne,gyrus eius,uel
expecta. Seim, exeuntes. Sodada, latus eius, à latere, non à latitudine intelli-
gendum. Sabarim,circumire montes. Saphirus,ſpecioſus,egregius. Sua, ſal-
uatoris. Sais,tentatio. Sataim,libri,uel hiſtorici. Sonam,pecus eorū,uel den-
tes eorum. Tanis, mandatum humile. Tafnas, ſtupens os ſerpentis: ab ore,
non ab

A non ab oſſe intelligendum. Exceptis his duobus nominibus, cætera eiuſdem literæ per aſpirationem proferenda ſunt. Thelabim, diſperſi. Et ſuper hoc in libris Hebraicarum quæſtionum quid nobis uideatur plenius diximus. Thammutz, conſummantes, ſiue contemptus: & ſuper hoc in libris illis pleniſſime dicitur. Teraſim, figuræ. Thuba, deferens, uel deferetur, ſiue delatus. Thogorma, auellens, uel incolatus cuiuſdam. Tafnes, opertum ſignum. Thicon, mediam. Thau, conſummatio. Taſof, ſpecula. Thobel, uniuerſa, uel uanitas. Themora, conſummatio amaritudinis. Sarda, abalienatus ualde.

## DE IOB.

AVſitidi, conciliatrici. Et ſuper hoc quid nobis uideatur, in libris Hebraicarum quæſtionum diximus. Aſom, ſilens, uel oſſeus. Adad, patruelis, uel teſtis. Baldad, uetuſtas ſola. Barachiel, benedictio dei. Buzites, contemptibilis. Barad, grando. Barachel, benedixit deū. Buzi, contempſit me. Dennaba, iudicium ferens. Eliphaz, dei contemptus. Eliu, deus meus iſte, uel deus domini. Gabis, altitudo cōfuſionis, ſiue πετρόβολι. Getham, applicuerunt eos. Iob, dolens. Leuiathan, additamentum eorū. Mazuroth, ζώδιον, id eſt ſigna horoſcopi. Naamatites, mouens mortē. Naamath, decor. Oofar, uolās. Ophir, infirmitas. Raam, uiſio, uel multum. Raphaim, gigantes, uel medici. Rathamim, iuniperi. Ram, excelſus. Saucacorum, cantilenæ. Sofar, ſpeculæ diſſipatio, uel ſpeculatorem diſſipans, ſiue ſpeculatorem uidebo. Saba, conuerſio, uel captiuitas. Sechē, uarietas. Satan, aduerſarius. Sin, loquens. Senec, cymbalum. Topzium, bonum.

B

## DE EVANGELIO MATTHAEI.

ABraham, pater uidens populum. Aminadab, populus meus uoluntarius. Abia, pater dominus. Aſa, tollens, aut attollens. Aazia, apprehendens dominum, aut robur domini, uel fortitudo eius. Aaz, apprehendens. Amon, fidelis, uel nutricius, ſi tamē ab aleph litera exordium habeat: quod ſi ex ain ſcribitur, onuſtus interpretatē. Abiu, pater meus iſte, uel pater meus eſt. Azor, adiutor. Archelaus, agnoſcens leo. Amen, uere, ſiue fideliter. Andreas, decorus, uel reſpondens pabulo. Alpheus, fugitiuus, ſed melius milleſimus, uel doctus. Amora, populus ſcitus, uel populi illuminatio. Abel, luctus, aut uapor, ſiue uanitas. Acheldemach, ager ſanguinis, Syrum eſt, non Hebræum. Booz, in quo robur, uel in ipſo fortitudo, ſed melius in fortitudine. Bartholomæus, filius ſuſpendentis aquas, uel me, Syrum eſt nomen, non Hebræum. Bethzaida, domus frugum, uel domus uenatorum. Bariona, filius columbæ, Syrum eſt pariter & Hebræū. Bar, quippe lingua Syra filius, & iona columba, utroq; ſermone dicitur. Bethphage, domus oris uallium, uel domus buccæ: Syrum eſt, non Hebræum, quidam putant domus maxillarum uocari. Bethania, domus afflictionis eius, uel domus obedientiæ. Barachia, uel benedictus domini, uel benedictio domini. Barabban, filium magiſtri eorum, Syrum eſt, non Hebræum. Caiphas, inueſtigator, uel ſagax, ſed melius uomens ore. Cadrantes, caligo, uel tenebræ, quem nos per q literam quadrantem dicimus. Corbana, oblatio. Cananæus, poſſidens, ſiue poſſeſſio. Hucuſq; per ſimplicem c literam ſcripta ſunt nomina, quæ

C Græci per κ efferunt: exin aſpiratione addita legendum, quam illi literam chi,
uocat. Chanani, negociator, uel motabilis, aut ipſe pauperculus. Chorozain,
hoc myſterium meum. Cananæi, negociatores. Diabolus, defluens. Græce ue
re dicitur criminator. Dauid, deſyderabilis, aut fortis manu. Daniel, iudicium
dei, uel iudicat me deus. Eſrom, ſagittam uidit, ſiue atrium eorum. Eſſai, inſu/
læ libatio, ſed melius incenſum. Hucuſq; per e breuem literam legerimus: exin
per extenſum legamus elementum. Eliacim, dei reſurrectio, uel deus reſuſci/
tans, aut deus reſuſcitauit. Eliu, deus meus iſte, uel dei mei iſtius. Eliezer, deus
meus adiutor. Elia, deus dominus. Eli eli lamma azabthani, deus meus, deus
meus, quare dereliquiſti me. Farez, diuiſio. Fariſæi, diuidentes, ſiue diuiſi.
Genneſar, ortus principum. Gehenna, de ualle ſunt, ſiue uallis gratuita. Get/
ſemani, uallis pinguedinum. Golgotha, caluaria, Syrum eſt, non Hebræum.
Ieſus, ſaluator, uel ſaluaturus. Vt i literæ ſeruemus ordinem, aſpirationem h in
pleriſq; omiſimus: licet eam grammatici non putent literæ loco habendam. Iſa
ac, riſus, ſiue gaudium. Iacob, ſupplantator, ſiue ſupplantans. Iudas, confitens
ſiue glorificans. Ioſaphat, ipſe iudicans, ſed melius dominus iudicauit. Ioram,
ubi eſt, aut qui eſt excelſus, ſed melius ſublimabitur. Ioatham, conſummatus,
ſiue perfectus. Iezechia, fortis domini, uel confortauit dominus. Ioſia, ubi eſt
incenſum domini, uel ſalus domini: poteſt & fortitudo domini dici. Iechonias,
præparãs, uel præparatio domini. Ioachim, ubi eſt præparatio, uel domini præ
paratio. Ioacim, domini reſurrectio, ſiue dominus ſuſcitans. Ioſeph, appoſuit,
ſiue apponens. Ieruſalem, uiſio pacis, uel timebit perfecte. Ieremias, excelſus
domini. Iohanna, cui eſt gratia, uel domini gratia. Iſaia, ſalus domini. Iſcari/
oth, memoriale domini: quod ſi uoluerimus legere Iſſacharioth, interpretatur,
D eſt merces. Poteſt autem dici & memoria mortis. Iericho, odor eius, ſiue luna.
K literam nos ſuperfluam habemus exceptis kalendis, per c uniuerſa exprimi/
mus, unde conſequenter hic prætermiſſa eſt. Lebbæus, figuratum nomẽ à cor/
de, quod nos diminutiue corculum poſſumus appellare. Manaſſes, obliuio/
ſus. Mathan, donum, ſiue donatus. Mariam pleriq; æſtimant interpretari illu
minant me iſti, uel illuminatrix, uel zmyrna maris, ſed mihi nequaquam uide/
tur. Melius autem eſt, ut dicamus ſonare eam ſtellam maris, ſiue amarum mare:
ſciendumq;, quod Maria ſermone Syro domina nuncupatur. Matthæus, dona
tus quondam. Magedda, poma eius, uel nuncia. Magdalene, turris, ſed meli/
us ſicut à monte montanus: ita turrenſis, à turri dicatur. Naaſon, quidam putãt
requietum ſonitum interpretari, ſed melius eſt augurans, ſiue ſerpens eorum.
Nazareth, flos, aut uirgultum eius, uel mundiciæ, aut ſeparata, aut cuſtodita.
Scribitur autem non per z literam, ſed per Hebræum ſade, quod nec s, nec z lite
ram ſonat. Nazaræus, mundus. Neptalim, diſcretus, ſiue ſeiunctus, uel con/
uertit, ſiue conuoluit me. Obed, ſeruiens. Oſanna, ſaluifica, quod Græce dici=
tur ώς ἀννὰ. Vtrunque autem nomen per extenſam literam legendum. Raab, la
ta, ſiue dilatata. Rachab, aſcendens, uel concita, ſiue uidens. Ruth, feſtinans.
Roboam, impetus populi. Rachel, ouis, uel uidens deum. Rama, excelſa, ſiue
exaltata. Racha, uanus. Rabbi, magiſter meus, Syrum eſt. Ramatham, excel=
ſa eorum, uel ſublime eis. Salman, ſenſibilis, ſiue ſenſus. Solomon, pacificus, ſi
ue pacatus erit. Salathiel, petitio mea deus. Hæc tria nomina per ſin literã ſcri/
buntur: reliqua duo ſade in exordio habent. Sadoch, iuſtificatus, ſiue iuſtus.
Sidon, uenatio. Thamar, palma, uel amara. Thomas, abyſſus, uel geminus,
unde & Græce didymus appellatur. Tharei, paſcens, ſiue paſtura. Zara, ori/
ens,

A ens,ſiue ortus eſt. Zorobabel,ipſe magiſter Babylonis,id eſt confuſionis. Zabulon,habitaculum:poteſt & habitaculi ſubſtantia nuncupari. Zebedæus,dotatus,ſiue fluens iſte. Zacharia,memoria domini, uel memor domini. Zachæus,iuſtificatus,aut iuſtus,uel iuſtificandus, Syrum eſt,non Hebræum.

## DE MARCO.

ABba pater,Syrum eſt,non Hebræum. Arimathia, altitudo eius, uel exaltatus eſt ipſe. Idumæa,rufa,ſiue terrena. Iſraël, uir uidens deũ, ſed melius rectus domini. Chenna,zelotes,unde in alio loco Cananæus,in alio zelotes dicitur. Salome,pacifica. Tyro,anguſtiæ. Tyrus quippe lingua Hebræa Zor dicitur, quod in noſtrum ſermonem transfertur anguſtia. Tiberius,uiſio eius,ſiue bonitas eius. Tabita cumi,puella ſurge, Syrum eſt. Traconitis, negociatio triſtitiæ.

## DE LVCA.

AEpheta,adaperire. Auguſti, ſolenniter ſtantis, aut ſolennitatem additam. Abiline,lugentes. Aaron,mons eorum. Anna,gratia eius. Aſer,beatus,aut beatus erit. Amos, onerans, aut onerauit. Aggeus, ſolennitas. Addai, robuſtus, uiolenter figuratum nomen ab eo quod dicitur Saddai. Arfaxath, ſanans depopulationem. Adam,homo,aut terrenus,ſiue indigena. Ammaus, populus abiectus. Cæſar,poſſeſſio principalis. Cirinus,hæres,qui apud nos melius effertur, & ue
B rius per q literam,ut dicatur Quirinus. Coſam,diuinans. Cainam,luctus,aut lugens. Capharnaum, ager, uel uilla conſolationis. Eſeli, uicinus meus. Eber,tranſitus. Enoch,dedicatio. Enos,homo. Hucuſque per e breuem literam legerimus, *exin per extenſum legamus elementum. Erodes, pelliceus,* glorioſus. Eliſabeth,dei mei ſaturitas, uel dei mei iuramentum, aut ſeptimus. Eli,aſcendens. Elmadadi,dei mei menſura. Er,uigilans, aut uigilia. Enam, oculus eorum. Eliſeus, dei mei ſalus. Fanuel,facies dei. Faſe, tranſitus, ſiue tranſgreſſio,pro quo noſtri paſcha legunt. Falech,diuidens,aut diuiſit. Filippus,os lampadis,uel os manuum. Gabriel, confortauit me deus, aut fortitudo dei,uel uirtus mea deus. Galilæa,uolutabilis,aut tranſmigratio perpetrata, uel rota. Geraſenorum, ſuburbana, aut coloni ibidem. Itureæ, montanæ, Syrum eſt. Iordanis, deſcenſus eorum, aut apprehenſio eorum, uel uidens iudicium. Ione,columba mea. Iannai,præparatus. Ioiarim, dominus exaltãs,uel eſt exaltans. Iared, deſcendens, ſiue continens, quod Græce dicitur ἐπίκρατων. Ioanna,dominus gratia eius,uel dominus miſericors. Iairus, illuminans,aut illuminatus. Liſania, natiuitas tentationis, ſed nimium uiolenter. Leui, appoſitus. Lamech,humilis: quidam putant percutientem, ſiue percuſſum poſſe reſonare. Lazarus, adiutus. Lot,ligatus, aut declinans, uel uacans. Moyſes, aſſumptus,uel palpans,ſiue contrectans,aut urgens, ſed melius eſt,ex aqua. Matthathia,donum dei,aut aliquando. Melchi, rex meus. Matuſale, mortuus eſt, & miſit. Maalelel,laudatus dei, uel laudans deum. Martha, iritans, prouocans: ſermone autem Syro,domina interpretatur, uel dominans. Naaſon, augurãs. Nahum, conſolatio, ſiue conſolator. Neri, lucerna mea. Nathan, dedit, uel dantes. Nachor, requieuit lux. Noë,requieſcit, aut requieuit. Naa, pulchra.

C Niniuitæ, natiuitas pulchritudinis, aut ſpecioſi. Petrus, agnoſcens. Pontius, declinans conſilium. Pilatus, os malleatoris. Sed ſciendum eſt, quod apud Hebræos p litera non habetur, nec ullum nomen eſt, quod hoc elementum ſonet. Abuſiue igitur accipienda, quaſi per f litera ſcripta ſint. Ros, caput. Ram, ſublimis. Reu, paſcens, aut paſtus eſt. Sicera, ebrietas. Omne enim quod inebriari poteſt, apud Hebræos Sicera dicitur. Symeon, audiens, uel audiuit triſtitiam. Sedi, ex latere meo. Semi, audiens. Salathiel, petitio mea deus. Salman, pax. Seruch, lorum, ſiue corrigia, uel dependens, ſiue perfectio. Salem, miſit. Sem, nomen. Seth, poſitus, aut ponens, uel poſuit, aut poculum, ſiue germen, uel reſurrectio. Saraphtha, incenſa, ſiue anguſtia panis, nomen ex Hebræo, Syroq́ compoſitum. Simon, pone mœrorem, uel audi triſtitiam. Suſanna, lilium, aut gratia eius; ſed melius, ſi fœminum nomẽ figuretur à lilio. Samaritæ, cuſtodes. Sodoma, paſtio ſilens, uel declinatio eorum, aut fulua. Satan, aduerſarius, ſiue tranſgreſſor. Saba, captiuitas. Sadducæi, iuſtificati.

## DE IOHANNE.

AEnon, oculus, aut fons eorum. Anani, donauit mihi. Banereem, filij tonitrui, quod corrupte Boanerges, uſus obtinuit. Barſemia, filius cæcus, quod & ipſum corrupte quidam Bartimeum legunt. Beelzebub, habens muſcas, aut uir muſcarum. In fine ergo nominis b litera legenda eſt, non l; muſca enim zebub uocatur. Barrabbas, filius patris. Cephas, Petrus, Syrum eſt. Cana, poſſeſſio, ſiue poſſidet. Epraim, fertilis, ſiue auctus, quem nos poſſumus ab augendo augentium dicere. Meſſias, unctus, id eſt Chriſtus. Manna, quid
D eſt. Nazareth, flos mundiciæ. Salim, pugilli, ſiue uolæ, aut ortus aquarum, quod breuius Græce dicitur, βρύοντα. Sichar, concluſio, ſiue ramus. Corrupte autem pro Sichem quæ transfertur in humeros, ut Sichus legeretur uſus obtinuit. Siloë, miſſus.

## DE ACTIS APOSTOLORVM.

ANdreas, decus in ſtatione, uel reſpondens pabulo, ſed hoc uiolentum. Melius autem eſt, ut ſecundum Græcam etymologiã ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, hoc eſt à uiro uirilis appelletur. Alphæus, milleſimus, ſiue ſuper os: ab ore, non ab oſſe. Acheldemach, ager ſanguinis, Syrum eſt. Aegyptus, tenebræ, ſiue tribulatio. Arabes, humiles, ſiue campeſtres. Annas, donans. Alexander, auferens anguſtiam tenebrarum, ſed & hoc uiolentum. Ananias, gratia domini. Amos, potens, uel fortis, ſi tamen ab aleph litera incipiat, & finiatur in ſade; quod ſi exordium ſumit ab ain, & conſummatur in nun, in populum transfertur. Azotus Hebraice uocatur Eſdod, & ſecundum priſtinum nomen etymologiã habet ignis patruelis. Aſcalon, ignis inſanus, aut ignis ignobilis. Aeneas, reſpondens, aut pauper, ſiue miſeria. Agabus, nuncius tribulationis, ſed & hoc uiolentũ. Atalia, tempus eius, melius declinatio domini. Amphipolis, populus ore corruens. Apollonia, diſciplina, uel ſynagoga eorum, ſed & hoc uiolentum. Athenienſes, exploratores, aut reſpondentes, uel humiles, ſiue tempore diſſipati, ſed & hoc uiolentum. Areopagus, primitiua ſolennitas, ſed & hoc uiolentum eſt, cum Athenienſis curiæ nomen ſit, quæ à Marte nomen

A men accepit. Aquila,dolens,ſiue parturiens. Achaia,ſoror laborans. Appel-
les,congregans eos, ſed uiolentum. Arthemis,id eſt Diana, ſuſcitans ægrota-
tiones,uiolentum eſt. Ariſtarchus, ſuſcitãs coronam. Antipatridem,donan-
tis laudationem, uiolentum eſt. Agrippa, congregans ſubito. Adrumetina,
diuidens ſublimiter,uiolentum eſt. Adria, continens mala,ſiue locus malorũ,
uiolentum eſt. Appij,forum,libera,uel fortis ubertas. Bartholomæus,filius ſu
ſpendentis aquas uelut ſupra. Barſaban,filium reuertentem,uel filium quietis,
ex Syro & Hebræo ſermone nomen compoſitum. Barnabas,filius prophetæ,
uel filius uenientis,aut ut plerique putant,filius conſolationis. Blaſtum, haben-
tem lucrum. Berieu,maleficum,ſiue in malo:nonnulli Barieſu corrupte legũt.
Bithynia,filia ſpecioſa,ſiue inutilis. Beroëa,filius eius,Syrum eſt. Bernice,ele
ganter,uel electe commota,uel filius innocens ex Syro, Hebræoque compoſitũ.
Cappadocia,manu redempta domino , uiolentum eſt . Cirenæ, hæres. Creta,
uocationes,aut uocatæ, inter Syrum & Hebræum. Caiphas, inueſtigator, aut
ſagax,uel uomens ore. Cyprius,triſtis,aut mœror. Cirenenſes,hæredes. Cili-
cia,cœtus,aut luctus,uel aſſumptio,aut uomitus eius. Cæſarea,poſſeſſio prin-
cipalis. Candacis,commutatæ. Cornelius,intelligens circunciſionem. Clau-
dius,ſpes tranquillitatis. Cis, uomens uir, aut durus. Coloniam, reuelationẽ
eorum,aut uocem eorum. Corinthum,conuerſationem eorum, quam Græci ſi
gnificantius ϖολιτείαν uocant, hoc eſt adminiſtrationem reipublicæ. Criſpus,
ſciens,uel cognoſcens. Co,excuſſio, ſiue præſtolatio. Cinereas , poſſidens ſe-
ctatores. Cos,mentis exceſſus. Cauden,recurſum,aut retentionem,ſiue clan-
gorem. Exceptis paucis nominibus, omnia penè ex c litera uiolenter interpre
tata ſunt. Dauid,deſyderabilis, ſiue manu fortis. Damaſcus, ſanguinis pocu-
B lum. Derben,generationis filium,ſiue loquentem. Dionyſius, dijudicatus,ſi
ue uehementer fugiens. Damaris,ſilens caput. Demetrius,uehementer inne
ctens,ſiue nimium perſequens. Derbeus, loquax, ſiue ut ſupra. Druſilla,ge-
neris pacifici. Dioſcori,pulchri ad tegendum,ſunt autem gemini caſtores. E-
leonis,id eſt montis Olitueti,quod interpretatur diuinitas,uel allaborantes. E-
lamitæ,obiecti,oppoſiti, ſiue deſpecti. Ebræi, tranſitores. Emor,aſinus, ſi per
heth literam ſcribatur: quod ſi per aleph,loquax dicitur. Elimas, ad tranſgreſ-
ſionem,ſiue tranſgredi faciens. Ermes,anathema mœroris. Eraſtus,frater me-
us uidens,ſatis abſurde uocabulum figuratum. Elada,ad ſcientiã,uel ad aſcen-
ſum,ſiue dei ſcientia,Syra uero lingua dicitur ſuper hanc. Ellenon,id eſt Græ-
corum,ad aſcendentes,ſiue ſcientia dei. Epheſum, uoluntas mea in ea, ſiue fi-
nis eorum. Eutyches,amens.Porrò Græce dicitur fortunatus. Ebraice, tranſi-
torie. Eurielion, commiſcens, ſiue deorſum ducens . Quæ ſequuntur duo no-
mina per extenſam e literam ſunt legenda. Erodes, pellis gloria. Eſaias, ſalus
domini.Verum apud Hebræos ab i litera ſumit exordium. Filippus,os lampa-
darum. Frygio,ſciſſio pectorum. Fariſæi,diuiſi. Farao,denudãs eum,ſiue diſ-
ſipator eius. Fœnicis,annuerunt,ſiue nutus. Fiſidiam, os ſonitus, quia, ut ſu-
pra dixi,p literam non habent,propterea Piſidiam per f efferunt. Felicem,rui-
nam facturæ,ſiue timorem eius,Latinum nomen eſt. Feſtum, ore multorum,
& hoc Latinum nomen uiolenter Hebraice figuratur. Galilæi,uolubiles,ſiue
rotabiles. Gamaliel,retributio dei. Gaza,fortitudo eius,g litera addita eſt,ſiquidem
dem Hebraice p ain ſcribit. Galionis,trãsferẽtis. Galatiã,magnificã, ſiue trãſ
latã. Gaiũ,cõmotũ,ſed melius uallẽſem. Ieroſolyma,uiſio pacis. Iohãnes, in
quo eſt gratia,uel domini gratia. Ioſeph,auctus. Iuſtus, parcẽs,ſiue ipſe alleuatus.

Ioël,

C Ioël, incipiente deo, ſiue eſt deus. Ionatha, columba dans, ſiue columba ueni-
ens. Ioppe, pulchritudo. Italica, mẽtis exceſſus. Ieſar, inſulæ oblatio. Iaſonis,
deſyderantis, ſiue qui mandatũ fecerit. Iulium, incipiẽtem. Iconiũ, præparatio,
aut conſolatio. Libyam, uenientes, ſiue introitus, numero plurali. Leuites, ad
ditus. Libertinorũ, facientium paleas. Lydda, utilitas. Lucius, ipſe ſuſcitans.
Lycaonia, ad ſuſcitandum. Lyſtra, generans decorem. Lydia, quã nos poſſu-
mus dicere præædificatam. Porrò Græce melius appellatur ὀφληθεῖσα. Lyſias,-
generatus. Lycie, lachrymantis. Laiſa, in ſalutem. Omnia penè ex I litera no-
mina uiolenter uſurpata ſunt. Matthæum, donatũ. Maria, illuminata, uel ut ſu
pra. Medi, menſurantes, ſiue mẽſurati. Meſopotamia, eleuata uocatione qua-
dam, ſed melius à Græco etymologiam poſſidet, quod duobus fluuijs, Euphra-
te ambiatur, & Tigri. Madian, in iudicio, uel ex iudicio. Moloch, rex ueſter,
quem & Melchom ſolent dicere. Marcus, excelſus mãdato. Manaëm, caſtrũ.
Moëſia, attrectatio, ſiue palpatio. Macedo, quem nos orientalẽ poſſumus dice
re, figuratum nomen ab eo, quod Hebraice legitur Mecedem. Mytilene, decli-
nans, ſiue tranſmigrans. Miletum, generantẽ. Mnaſonem, conſolantem, ſiue
quieſcentem. Myrra, amara. Militine, de infirmitate, ſiue mãdatũ humilitatis.
Nazaræum, mundũ, ſanctum, ſiue abiunctum. Nicanorẽ, ſtantem lucernã. Ni
colaum, *ſtultum* eccleſiæ languentis. Niger, aſcendens. Neapolim, cõmotio-
nem mirabilem. Naſſon, angurans. Petrus, agnoſcens, ſiue diſſoluens. Par-
thi, *diuidentes* perfecte. Pontus, inclinans. Pamphylia, conuerſi à ruina, ſiue
diuiſio cadens. Pontius, declinans conſiliũ. Pilatus, os malleatoris. Procorũ,
fructus, cõgregantem. Parmenam, diuidentem plenitudinẽ. Paſcha, tranſcen
ſus, ſiue tranſgreſſio. Paſum, redemptionẽ cadentem. Parion, diſcooperientẽ.
D Perge, uoraginem. Phytona, os abyſſi. Priſcilla, agnoſcens. Pirrhus, diſſol-
uens. Patara, ſeparans. Ptolemais, deducens ad menſuram. Portiũ, diuidentẽ
duritiam eorũ. Publius, tabernaculum eius. Puteoli, declinantes. Hæc omnia
Græca nomina, uel Latina, quàm uiolenter ſecundũ linguam Hebraicã inter-
pretata ſint, perſpicuũ puto eſſe lectori. Romani, ſublimes, uel tonantes. Raſa
im, facturæ ueſtræ, uel laxitati eorum. Rhode, uidens, uel fortis. Rhodem, ui-
ſionem, aut diſſenſionem. Regium, paſcua eorum. Romam, ſublimen, ſiue to
nitruum. Samaria, cuſtos. Simonis, obedientis, ſiue ponentis triſtitiã, aut au-
dientis mœrorem. Solomon, pacificus. Samuel, nomen eius deus. Sadducæi,
iuſtificati. Sapphiram narrantem, ſiue literatã, aut librariam, uel certe Syro ſer-
mone, formoſa. Stephanum, normam ueſtram, uel σκοπὸν ueſtrũ, quo ueru & ia
cula diriguntur. Sichem, humeri. Sinai, ſentis, aut ſecundus interpretatur, aut
mandatũ menſuraq; eius, uel certe tentatio. Saulus, tentatio reſpicientis, uel ſa
turitas. Sarona, cantans triſtitiam. Sidonij, uenatores. Seleuciam, tollẽtem ſe-
metipſam, ſiue experimentũ itineris, uel exeuntem ad uocationem. Salaminã,
umbra commotionis, aut fluctus, uel ſalutationem iudicij. Sergio, principi ual
lis, ſiue hortuli. Saul, petitio, ſiue expetitus dicitur. Silam, miſſus. Syria, ſubli-
mis iuxta Hebræam etymologiam, nam Syria Hebraice Aran. Samothracia,
auditio reuelationis, ſiue reſponſionis. Soſthenes, ſaluanti eos, ſiue gaudium
da mihi. Scæua, uulpecula clamans, uel loquens. Soſipater, narrans. Secun-
dus, eleuans. Samus, auditus. Sicariorum, ebrioſorum. Sebaſte, gyro, ſiue gy-
ranti, ita tamen ut à ſamech litera exordium habeat. Salmonem, nomen habita
culi. Syrtim, anguſtiam, ſiue tribulationem, melius autem Saluſtius à tractu
ait nomen impoſitum. Syracuſe, murus, ſiue maceria lætitiæ. Timonem, nu-
merantem

A merantem ſitim,ſiue pinguedinem. Tabita, damma, uel caprea. Tyrij, coanguſtati,ut ſupra diximus,ab Hebraico Zor nomine declinatum. Troadem,requiem. Tyranni, continentis eos, ſiue confortantis eos. Tertullus, placens ſtercore,uel aggere eorum. Tabernæ,uiſiones eorum,ſiue bona uiſio. Hucuſque per ſimplicem literam τ,nunc per θ Græcum legenda ſunt. Theophile,ſurſum ferens,ſiue conuertens,ſed melius Græca etymologia,ab eo quod amatus ſit deo. Thomas,didymus,id eſt geminus,uel abyſſus. Theudas, laudatio, ſiue capiens,aut ſignum. Tharſenſis, explorator lætitiæ. Thyatira, illuminata. Theſſalonicenſium,feſtinantium umbram roborare, ſiue firmare.

## DE EPISTOLA IACOBI APOSTOLI.

ABraham,patris uidentis multitudinem. Elia,dei domini. Eſaia, ſalus domini. Iob,magus. Iunia,incipiens. Iaſon,factus in mandato. Raab,dilatata. Sabaoth,uirtutum,ſiue exercituum.

## DE PRIMA EPISTOLA PETRI APOSTOLI.

ASia,eleuans. Bithynia,uirguncula,aut filia domini. Babylon, confuſio, ſiue translatio. Cappadocia,manus redempta domino. Galatia, tranſmigrans,ſiue trãslata. Marcus,ſublimis mãdato. Sara,princeps. Siluanus,miſſus.

## DE SECVNDA EPISTOLA PETRI.

B BAlaam,uanus populus,aut deuoratio eius. Boſor, in tribulatione,aut carneus,ſiue pelliceus. Cappadocia,manus redimens domino. Electe,aſcendentes. Galatia,tranſmigrata. Gomorra,populi timor,ſiue cæcitas,g in principio additum eſt,alioquin ex ain deſcribitur. Lot,declinans, ſiue uinctus. Marcus,ſublimis mandato,ſiue defricatus,aut amarus. Noë,requies. Pontius, declinans. Paulus,mirabilis. Sara, princeps. Simon, audiens. Sodomis, fuluis, aut tacentibus. Siluanus,miſſus.

## DE PRIMA EPISTOLA IOANNIS.

Diotrephes,ſpecioſus,inſulſus,ſiue decor inſaniens.

## DE TERTIA EPISTOLA IOANNIS.

Demetrius,fortis ad perſequendum,ſiue,fortis uirga deijcere. Gaius,mobilis.

## DE EPISTOLA IVDAE.

AEgyptus,tenebræ,ſiue tribulatio. Adam,homo. Balaam, uanus populus. Cain,poſſeſſio. Core,caluicies,aut glacies. Diabolo, defluenti,ſiue clauſo in ergaſtulis. Enoch, dedicatio. Gomorra, populi timor,aut cæcitas. Michaël,quis ut deus. Moſes, palpãs, ſiue leniens. Sodoma, pecus tacens.

## C DE EPISTOLA PAVLI AD ROMANOS.

ABraham,pater uidens populum. Adam,homo,ſiue terrigena. Ab
ba,pater,Syrũ eſt. Achaia,frater quis,aut frater eius,uel frater do=
mini, uel frater meus dominus. Aquila, dolens, ſiue parturiens.
Aſia,eleuata,ſiue gradiens. Andronicus,decorus ad ſtadium,aut
reſpondens, ſiue cogitans paſtionem. Ampliatus, populus mal-
leator. Apelles,congregans eos. Ariſtobulus,ſuſcitans dolore germen. Aſyn
critum,dirigens thuribulum. Beniamin,filius dexteræ. Baal, habens, ſiue de-
uorans. Cenchreis,poſſidens ſectatores. Dauid,deſyderabilis. Epineton,ſu-
perindutum. Ermon,anathematizantes mœrorem. Ermam,auferentem,ſiue
anathema noſtrum. Eraſtus, frater meus uidens, aut uigilans. Tria nomina
quæ ſequuntur,per h literam ſunt legenda. Heſaias,ſalutare domini. Helias,
deus dominus,aut fortis dominus. Herodionem,formidinem. Farao,diſcoo-
periens eum. Feben, ore ædificantem, aut oris filium. Flegon,diſſecans,ſiue
diuidens. Filologum,ore præcipuum,uel os meum ei in hortũ. Gomorra,po-
puli timor,uel cæcitas. Gaius,mobilis,ſiue uallenſis. Iuda, confitens,ſiue glo
rificans. Ieſus,ſaluator. Iſraël,uir uidens deum. Iſaac,riſus. Ieſſe, inſulæ liba-
men. Illyricus,aduena,aut elementum,uel certe ſecundũ uerſus. Ieruſalem,ui
ſio pacis. Lucius,ipſe eleuans,ſiue cõſurgens. Moſes, attrectans, ſiue leniens.
Macedonia,orientalis. Maria,illuminans,aut illuminata. Narciſſus, aſcenſus
lætitiæ,ſiue lucerna ſcindens,aut colligens. Nereus,lucerna domini. Oſee, ſal
uator. Olympam,parturientem thalamos. Paulus,mirabilis,ſiue electus. Pri
D ſcus,agnoſcens. Perſidam,tentantem, ſiue diſſuentem latera ſua. Patrobam,
diſſoluentem eum,ſiue uidentem eum. Quartus,plangens,ſiue ſuperflue. Re
becca,multa patientia,ſiue quæ multum acceperit. Rufum, ſanantem nos,uel
reficiẽtem nos. Sara,princeps. Sabaoth,uirtutum, ſiue exercituum. Sodoma,
pecus tacens,ſiue fulua,uel ſterilis. Sion,ſpecula. Spania,expeditio,ſiue accin
ctio,ſed rectius Hiſpania ſcribitur. Stacchin,facientem cantilenas. Satanas,πα
ραβάτης,ſiue contrarius. Soſipatrus,ſaluans diſperſos. Trifenam,innuentem,
ſiue reuertentem. Trifoſſam,perſpicuam. Timotheus,beneficus. Tertius,ad
iungens,id eſt applicans ſe. Vrbanus, luce gaudens.

## AD CORINTHIOS I.

APollo,miraculum,ſiue congregans eos. Achaia,frater meus quiſpi
am,uel frater meus dominus. Aquila,parturiens, ſiue dolens. Bar-
nabas,filius conſolationis. Corinthum,ciues,ſiue decuriones eorũ.
Cephas,Petrus,Syrum eſt. Criſpum,ſcientem. Chloës, inueſtigan
tes,ſiue omnes,ſed melius concluſio,ſiue conſummatio. Damaſcus,ſanguinis
potus. Epheſo,uoluntas mea in ea,ſiue anima mea in ea. Eua,uita,ſiue calami
tas. Ebræi,tranſitores. Gaium,commotum. Galatia,magnifica,ſiue transla-
tio. Iudæis,confitentibus,ſiue laudantibus. Iacobo,ſupplantatori. Ieruſalem,
uiſio pacis. Moſes,palpans, ſiue leniens. Macedonia, orientalis. Maranatha,
dominus noſter uenit, Syrum eſt. Priſca, cognoſcens. Soſthenes, ſaluans in
tempore. Stephana,regulam ueſtram,uel ſpeculatorem ueſtrum,ſiue iudican-
tem uos. Siluanus,miſſus. Satanas,aduerſarius. Sabbatum,requies.

A

## AD CORINTHIOS II.

ASia auferens, ſiue pergens. Abraham, pater uidens multitudinem. Areta, ſtupor, ſiue deſcenſio. Beluir, cæca anguſtia, ſiue cæcum lumen, uel filius præuaricationis, ſed rectius Belial dicitur. Damaſcus, ſanguinis potus. Eua, calamitas, ſiue uita. Ebræi, tranſitores. Iſraëlitæ, uiri uidentes deum. Siluanus, miſſus. Satanas, tranſgreſſor, ſiue aduerſarius. Troadem, requiem, ſiue latitudinem. Titum, quærentem, ſiue bonum, ſed melius mutatum.

## AD GALATAS.

ARabiam, humilem, ſiue occidentalem. Antiochiam, paupertatis ſilentium. Abraham, ut ſupra. Abba, pater, Syrum eſt. Agar, aduena, ſiue con uertens. Cilicia, aſſumptio, ſiue uocatio lamentabilis. Damaſcus, ut ſupra. Iudaiſmum, confeſſionem. Ieroſolyma, uiſio pacis. Iacobo, ſupplantatori. Io hannes, domini gratia, ſiue cui donatum eſt. Iſaac, riſus. Iſraël, uir uidens deum. Petrus, diſſoluens, ſiue diſcalcians. Syria, ſublimis. Syra, menſura eius, ſiue tentatio.

## AD EPHESIOS.

BEniamin, filius dexteræ. Clemens, eccleſiaſtes, ſiue concionator. Epa froditen, frugiferum. Ebræus, tranſitor. Eucodiam, apprehendentem

B dominum.

## AD PHILIPPENSES.

PHilippenſes, os lampadarum. Phariſæus, diuiſus. Philippus, os manuum ſiue lampadarum. Syntychan, loquelam, ſiue ἀδολεσχίαν, quam nos dicere poſſumus cantilenam. Theſſalonicam, feſtinans umbram ſtatuere.

## AD COLOSSENSES.

ARiſtarchus, mons facturæ ſuperfluæ. Archippus, longitudo operis, ſiue inſidiæ oris, uel inſidiæ dilatati. Barnabas, filius conſolationis. Coloſſis, uoce factæ. Demas, ſilens. Epaphra, fru gifer, uel equidem uidens. Ieſus, ſaluator. Iuſtus, parcens, ſiue ipſe elatus. Ierapoli, iudicio ſuperiori. Laodicia, tribus amata domini, ſed melius natiuitas expectata. Lucas, ipſe conſurgens, aut ipſe eleuans. Marcus, ſublimis mandato, ſiue amarus, uel certe attritus atque limatus. Nimpham, applicitam ori eorum. Oneſimo, decore, ſiue reſpondenti. Tychicus, tacens.

## AD THESSALONICENSES.

AChaia, frater meus quis, ſiue frater meus dominus. Athenæ, in tempore diſſipatæ. Siluanus, miſſus. Satanas, aduerſarius, ſiue tranſgreſſor.

C

## AD HEBRAEOS.

ABraham, pater uidens multitudinem. Aegyptus, tenebræ, ſiue anguſtiæ. Aaron, mons fortitudinis. Abel luctus. Barac, fulgurãs. Cain, poſſeſſio. Dauid, deſyderabilis, ſiue fortis manu. Enoch, dedicatio. Eſau, rubeus, ſiue aceruus lapidum. Ebræus, tranſitor. Farao, nudauit eum, ſiue diſſipauit eum. Faſe, tranſcenſus, quod interpretatur paſcha. Gedeon, experimentum iniquitatis. Ieſus, ſalus, ſiue ſaluator. Iuda, confitens, uel laudator. Iſaac, riſus. Iacob, ſupplantator. Ioſeph, addens, ſiue augmentũ. Iericho, luna, ſiue odor eius. Iepthe, aperuit, ſiue aperientes. Leui, additus. Moſes, palpans, uel leniens. Melchiſedek, rex iuſtus. Manna, quidnam eſt iſtud? Noë, requies, ſiue requieſcens. Raab, ſi per ain mediam literam ſcribatur, famem ſignificat: ſi per he, impetum: ſi per beth, latitudinem. Sabbata, requies. Salem, pax. Sara, princeps. Sampſon, ſol eorum. Sion, ſpecula. Samuel, nomen eius deus.

## DE TIMOTHEO.

ALexander, leuans anguſtiam tenebrarum. Adam, homo. Galatia, tranſlatio. Gallia, transferens. Diabolum, defluentem, ſiue clauſum in latumijs. Epheſum, uoluntas eius. Eua, calamitas, aut uita, ſiue uæ. Iamnes, marinus, ſiue ubi eſt ſignum. Iambres, mare pelliceum, ſiue mare in capite. Oneſiphorus, reſpondens narrationem. Pontius, inclinans conſilium. Pilatus, ore malleator, ſiue ore contundens. Satanas, aduerſarius. Ymeneus, dormitans.

D

## DE TIMOTHEO. II.

ASia, eleuatio. Archippus, longitudo operis. Ariſtarchus, mons factura ſuperfluæ. Antiochia, paupertatis ſilentium. Aquila, dolens, ſiue parturiens. Creſcens, tenebroſus. Carpum, ſcietem perſpicue. Corinthus, oritur ipſe. Claudia, ſpes tranquillitatis. Dauid, deſyderabilis, uel fortis manu. Demas, ſilens, ſiue terrenus, uel ſanguineus. Dalmatiam, paupertatem grandem. Eunice, ornantis. Euchodiam, apprehendentem dominum. Ermogenes, uomens eos in ualle, ſed melius mõs ſcrutatus. Epheſo, uoluntas eius. Eraſtus, frater uidens. Eubulus, cohabitator. Fygelus, occurrens, ſiue aduerſarius. Filonem, faciem dei. Filethus, declinans, ſiue os meum. Galatia, magnifica, ſiue translatio. Iconium, uocatam, ſiue duram, ſed melius ubi eſt calamus. Loide, ὀφελκθήσκει, id eſt, quæ conſecuta eſt utilitatem. Lyſtris, utilitas anguſtiæ, uel tribulationis. Lucas, ipſe conſurgens, aut ipſe eleuans. Linus, candidus, ſiue tibicen. Moſes palpans, ſiue contrectans. Membranas, apertas, ſiue manifeſtas. Mileto, generare, ſiue qui eſt eius. Priſcam, agnoſcentem. Pudens, indutus conſilio. Roma, excelſa, ſiue tonitruum. Troadi, ſeruienti. Trophimum, diſſoluentem thalamos.

## DE TITO.

ARteman, anathematizantem, ſiue conturbantem. Apollo, mirabilem. Cretam, uocationem conſummatam. Nicopoli, germen protectionis meæ.

A meæ. Zenam,commotionem eius,ſiue cõmouens eum,uel ipſe requieſcens.

## DE PHILEMONE.

APphia,continens,ſiue continentia,uel libera. Archippo, longitudini operis. Demas,ſilens. Epaphran,quem nos creſcentem, ſiue augmentum poſſumus dicere. Filemoni,mire donato,uel certe os panis eorum. Oneſimum,reſpondentem.

## DE APOCALYPSI IOHANNIS APOSTOLI.

ASia,elatio. Amen,uere,ſiue fideliter. Aſer, beatitudo,ſiue beatus. Aegyptus,tribulatio. Armageddon, conſurrectio tecti,ſiue cõſurrectio in priora:ſed melius mons è latrunculis,uel mõs globoſus. Alleluia,laudate dominum. Balaam, uanus populus. Balac,elidens. Beniamin,filius dexteræ. Babylon, confuſio,ſiue translatio. Diabolus,deorſum fluens. Dauid,deſyderabilis. Epheſus,uoluntas mea,ſiue conſilium meum. Euphrate,frugifero. Filadelphia,ſaluans hærentem domino. Gad, tentatio. Gog, δῶμα, id eſt tectũ. Iezabel, fluxus ſanguinis, uel fluens ſanguine, ſed melius ubi eſt ſterquiliniũ. Iſſachar,eſt merces. Ieſus,ſaluator. Ioſeph,adaugens. Laodicia, tribus amabilis domino,ſiue fuerunt in uomitu. Leui, additus. Labbaddon, perdens pro eo quod eſt interficiens,ſed melius ſolitarius eorũ. Manna, quid eſt hoc? Manaſſes,obliuioſus,ſiue obſtupeſcens. Michaël,quis ut deus. Magog,de doma
B te,hoc eſt de tecto,ſiue quod eſt tectum. Nicolaitarum,effuſio,ſiue eccleſia languens,uel ſtultitia eccleſiæ languentis. Neptali, conuerſantis. Paulo, ori eorum, ſiue ori tubæ. Pergamo, diuidenti cornua eorum, uel diſſecanti uallem. Ruben, uidete filium, ſiue uidete in medio. Smirnæ, cantico eorum. Sardis, principi pulchritudinis. Satanæ, tranſgreſſori, ſiue aduerſario. Symeon, audientis triſtitias. Sodoma,pecori taceti. Zabulon,habitaculum pulchritudinis.

## DE EPISTOLA BARNABAE.

ABraham,pater uidens populum. Adam, homo. Amalech, populus lingens,ſiue populus brutus. Dauid,deſyderabilis. Eua, calamitas,ſiue uæ, aut certe uita. Ephraim,frugifer,ſiue ubertas. Manaſſe,oblitus. Nahum,germen. Rebecca, patientia. Sabbata, requies. Sion, ſpecula. Sina, menſura, mandatum, uel tentatio. Satan, aduerſarius,ſiue præuaricator.

PHILONIS IVDAEI DE NOMINIBVS HEBRAICIS FINIS.

C GVLIELMVS BVDAEVS IACO
BO TVSANO S.

PHILO, quiſquis hic fuit, qui librum de mũdo ſcripſit: nam
inclytum illum PHILONEM, qui Platonem facundia
æquauiſſe dicitur, nequaquam eum fuiſſe mihi perſuadeo, diſ-
ſerendo de mundo, deq; eius interitu, aut æternitate conſtitu-
enda, non tam Hebraicæ philoſophiæ alumnus, mea quidem
ſententia, quàm Græcorum affectator eſſe, uideriq; meditatus
eſt. Scita enim amplexus eſt, non tam ſcholæ circuncíſæ congruentia, quàm re-
ligione oraculari ſolutæ ac liberæ. Huius autem librum è uulgatis tãtum exem-
plaribus uerti, ut qui manu ſcriptum nullum unquam uiderim, id quod
ueniæ emerendæ gratia teſtandum exiſtimaui, ſi id in eam partem aliquatenus
ualiturum eſt. Veritus ſum enim, ne ſi in mendis deploratioribus, aut ſi in loco
uno, aut altero mutilato ſenſus non cohæreat; iniqua conditione alienam cul-
pam præſtare ideo mihi contingat, quod periclitari, ut aiunt, quàm extra telorũ
iactus conquieſcere malui. In quo tamen inſtituto, non minus inertiæ præſidi-
um, patrociniumq; parata ſunt, quàm induſtriæ inconſultæ, geſtientiq; dede-
cus & conuicium. Verum hos libellos cum edere mihi uiſum eſſet, ſerotinam
fortaſſe fœturam, nec ſatis iam uiuidam, ne rationi quidem meæ inſtitutoq; cõ-
ſentaneam, ſed tamen edere eos ueterno excutiendo, animiq; cauſa cum ſtatu-
iſſem, amicitiæ, quæ tibi mecum intercedit, ut dicarem cupide appoſiteq; feci,
tuoq; ſub nomine publicandos tradidi; quippe quo omnium hominum ordi-
D nis noſtri familiariſſime iam uti cœperim, in eo quidẽ negocio, quod mihi ad-
huc reliquum eſt cum cultu literarum elegantium. Nullus certe uſqueadeo mi
hi commentãdi in eo genere uſum, aliquot iam annorum inerti uacatione lan-
guentem, & penè intermortuum, uiſendi, adhortandi, admonendi officio exu-
ſcitauit. Quocirca cui libentius Philologiæ, ut ita dicam, priſtinæ noſtræ delici
as penitiores, mihiq; ſanctiores patefacerem, quales ſunt illæcunq;, hominem
habui adhuc neminem, inſpiciendas etiam ocioſe permitterem, arbitrandasq;
pro poteſtate. Idq; merito me feciſſe confido, non doctrinæ modo tuæ merito,
ſingularis & ingenuæ, mihiq; exploratæ, ſed etiam acris, peruigilis, cõſtantisq;
ſtudij, quod publice fructuoſum eſſe, futurumq; ſentio, mihi eõ
amplius priuatim iucundum & opportunum. Va
le, Calend. Aprilis. Anno
M. D. XXVI.

PHILONIS

A

# PHILONIS IVDAEI

## LIBER DE MVNDO, GVLIELMO BVDAEO INTERPRETE.

NIHIL IN RERVM NATVRA PRODI-
tum eſt deo æquiperandum. Vnus eſt enim ipſe princeps,
dux, & rex, cui pro imperio regere uniuerſa, adminiſtrareq;
ius eſt. Nam illud Homericum:

Non bona multiplici dominatu condita res eſt
Publica, rex unus, dominator & unicus eſto.

Non de ciuitatibus magis & hominibus, quàm de mundo,
deq; deo dictũ, par eſt ut intelligamus. Vnius em̄ mũdi fictorem eſſe unum, do
minumq; unum neceſſe eſt. Hoc igitur confeſſo ac poſito, deinceps nobis atte
xenda, quæ ei ſunt conſentanea: quæ cuiuſmodi ſint ipſa, hinc iam conſidere-
mus. Vnus ipſe deus cum ſit, duas habet ſupremas poteſtates, per quas mun-
dus ille coagmentatus eſt intelligibilis, atq; incorporeus. Qui huius mundi cõ-
ſpicui exemplar eſt primogenium, formis ille quidem cæcis conditisq; cõſtitu-
tus, ut hic qui oculis cernitur. Quo euenit, ut nonnulli mortales mundi utriuſ-
que naturam ad ſtuporem uſq; ſuſpicientes, non totos illos ſolum uelut deos,
ſed etiam eorum partes pulcherrimas conſecrarint. Solem, inquam, & lunam,
uniuerſumq; cœlũ, quæ nihil illi ueriti ſunt, quo minus deos appellarent. Quo
rum animi ſenſa Moſes perſpiciens: Domine, inquit, deorum rex. Significare il *Moſes.*
le quidem uolens præſtantiam principis præ ſubditis. Ille etiam Iudæorum gen
B tis autor antiquiſſimus, Chaldæorum gente oriundus fuit Aſtronomo paren- *Abraham.*
te, eorumq; uno, qui artium Mathematicarum ſtudio incubuerunt, quiq; deos
eſſe ſtellas arbitrati ſunt, ut uniuerſum cœlum mundumq; eorũ ui quod recte,
quodq; ſecus contingit, euenire ipſi cenſentes: utpote qui nullam eſſe cauſam
extra ea exiſtimarent, quæ ſenſu percipi poſſunt. At hoc quidnam eſſe fœdius,
quidnam conuincere & demonſtrare poteſt luculentius ignauiam degeneris
animi? per ſcientiam multorum, & ſecũdorum, & genitorum, ad inſcitiam ten-
dẽtis unius, uetuſtiſſimi, ingeniti, omniumq; fictoris, atq; eam ob rem optimi,
propterq; alias ſexcentas, quæ magnitudine ſua excedũt humanæ ratiocinatio-
nis modum. Quem Chaldæus ille mente conceptum, cũ ut deum ſuſpicere cœ-
piſſet, religioniq; habere, ſolum quidem ipſe patrium uertere inſtituit, genusq;
ſuum ac larem paternum pro derelicto habere. Probe enim nouerat, quod ſibi
illic manẽti fallacis opinionis occurſus, quæ deorum multitudinem aſtruit, no
tionem incommodam attuliſſent ad unius dei inuentionem, qui ſolus eſt æter-
nus, aliorum omnium parens, intelligibilium iuxtà ſenſibiliumq;: ſin inde mi-
grare inſtitiſſet, emigraturam quoq; ab ſe intelligebat rationis impoſturã. Hac
ille ratione uanitatem opinionis uertit in ueritatem, cum eo quoq; quod oracu
la cœlitus ipſi edita denuo deſiderium in ipſo exuſcitarunt, quo ſuapte ſpon-
te flagrabat, cognoſcendi id quod eſſe dicitur. Quibus ille oraculis deductus,
in unius ueſtigationem ibat ſtudio quam accuratiſſimo. Neque uero eius con-
tentionis quicquam ipſe ante remiſit, quàm mente ipſe concepit ſpeciem cla-
riorem: non illam quidem naturæ eius & eſſentiæ (Etenim hoc maius eſt, quàm
ut id aſſequi quiſquam poſſit) ſed ſubſtantiæ atque prouidentiæ. Quamob-
rem princeps ille credidiſſe deo dicit̃, quando princeps ipſe ſtabilẽ & exquiſitã

C opinionem habuit, ſupremam unam eſſe cauſam, mundi eorumq; quæ in mundo ſunt prouidentem. Cum enim rerum ſubſtantiam confuſam & permixtam, ex incondita illa cōgerie in ordinem, atq; ex indiſcreta confuſione in diſcrimē redigere uolens mundi fictor, digerere eam, atq; ordine conſtituere cœpiſſet, terram quidem & aquam in medio fibris ſuis conſtabiliuit: aëris uero ignisq; ſtirpes ſublimes è media regione ſuſtulit: æthereum locum in ambitu cōmuniens, limitemq; eorum faciens quæ intus ſunt, & tanquam præſidiū. Quare οὐρανὸς, id eſt cœlum, ab ὅρῳ, id eſt termino, nomen deductum uideri poteſt. Atque hæ quidem ueluti propagines quædā integræ ſunt, uiuiradicesq; uniuerſi. Prægrandis uero ſtipes, atq; fœcundiſſimus eſt hic mundus, cuius uelut ſoboles ad fruticans, germina illa ſunt à nobis ſupradicta. Vbinam igitur radices egerit, & quænam ſit eius baſis conſiderandum, ſuper qua baſi ſtatuæ in modum affirmatus eſt mundus. *Eſt autem ſimile ueri*, corpus nullum erraticum extra eſſe relictum, cum deus uniuerſi materiam opificio concinnatam ordine digeſſerit, cōſentaneumq; fuit maximo opifici omnium operum maximū omnibus numeris abſolutum fingere. Atqui abſolutiſſimum eſſe non potuit, ut non abſolutis quoq; partibus compleretur. Quocirca, ſi ita hic mundus compactus eſt, ut uniuerſæ materiæ nihil, ne tantulum quidem extra relinqueretur, neceſſe utiq; uel inane extra, uel nihil eſſe. Quod ſi inane, quo tandem modo plenum mundū & denſum, omniumq; rerum grauiſſimum, libratum eſſe in inani compertum eſt, ſolidoq; nullo nixum? Certe uiſo ludificanti ſimile id uideri poſſit, quærente ſemper cogitatione ſedimentum aliquod corporeum: cuiuſmodi cum omne quod mouetur habere rationi eſt conſonum, tum mūdum præcipue, quod cor

D pus omnium corporum maximum eſt: quippe quod aliorum corporum cōgeriem in ſinu ſuo tanquam proprias partes gerit. Quare ſi cui effugere propoſitū eſt identidem recurſanteis huius quæſtionis difficultates, ne uereatur ille dicere & aſſerere, nihil ita ualidum eſſe, duntaxat eorum quæ in materia ſita ſunt, ut mundum geſtare queat: Eſſe uero ille dicat ſempiterni dei legem æternam, fulturam firmiſſimam uniuerſorum, & certiſſimam. Hæc lex à medijs ad extrema, & à ſummis ad media protenſa, inuictum naturæ curriculum quaſi Circenſe peragit, coagmentans omnes mundi partes & aſtringens. Etenim uinculum infractum uniuerſi eam fecit ipſe parens qui genuit. Proinde conſentaneū eſt dicere, nec terram omnem diſſolutum iri ab aqua quam intra ſinus ipſa ſuos cōcepit, nec ab aëre ignem extinctum iri, nec uero aërem ab igne conflagraturū: utiq; lege diuina pro confinio aëre collocato. Hac igitur ratione ſtirps illa fertiliſſima ſuis cum radicibus condita, actis ipſis radicibus affirmata eſt. At uero ſingularum ſtirpium partim tranſitu mouentur, partim citra tranſitionem condita

*Animantia.* ſunt, ut eodem in loco manſitantia. Et quæ tranſitiuo quidem motu utūtur, quæ nos animantia dicimus, ea amplioribus uniuerſi partibus acceſſionis uice ceſſerunt: terræ quidem terreſtria, aquæ natalitia, aëri uolucria, denicq; cœlo ſtellæ. Enimuero in terra, in aqua, in aëre, fictor ipſe duplicia finxit genera, ut in aëre uolatilia, aliasq; poteſtates ſenſu quidem illas nuſquam nulloq; pacto com-

*Animarum cōuentus.* prehenſas. Animarum illic conuentus eſt corpore uacuarum, ordinibus nō iiſdem deſcriptarum. Quippe alias earum corpora ſubire mortalia, rurſusq; ſtatis quibuſdam temporum circuitibus inde decedere ferunt: alias conſtitutionem diuiniorem ſortitas ab omni terreſtri ſitu cogitatione abhorrere. At quæ ſint earum puriſſimæ, eas uero opinio eſt excelſiſſimo in loco, apudætherē ipſum ſta-

*Heroës.* tionem habere. Quas qui in Græcia philoſophari inſtituerunt, Heroas appellauere:

A uere. At Moſes appoſito nomine uſus, Nuncios appellauit, legatione utiq; fun *Angeli.*
ctitanteis atq; internuncios: ſubditis quidem bonorum à principe manantium
indices. Principi uero ipſi regiq;, operarum commode ſibi ab illis nauatarum.
Illas porrò corporibus concretas, perinde in corpus ut in flumen delapſas, in/
terdum fluctuantis aquæ uortice rapi & abſorberi: interdum impetũ illum elu/
ctatas, indeq; exiſtentes, retro deinde ſubuolare, unde erant profectæ. Atq; hæ *Animæ philo-*
quidem eorum animæ ſunt, qui philoſophiæ olim ſtudio conſtanter indulſe/ *ſophorum.*
runt: à principio quidem illæ ad finem commentatæ de uita eam ob rem cũ cor/
pore defungenda, uitam ut adipiſcãtur incorpoream interitusq; neſciam, apud
eum qui interitus ipſe neſcius eſt & ingenitus. At uero illæ demerſæ, eorũ ſunt
hominum, qui ſapientiæ rationem nullam habentes, ſemetipſos fluxis rebus,
fortuitisq; dediderũt. Quarum rerum nihil eſt quod ad mentem pertineat, aut
animam, omnia uero ad emortuum illum noſtrum referantur, qui cum coaleſci
mus, corpus inquam, ad eaq; inſuper quæ inanimatioria ſunt ipſo, ad gloriam *Corpus.*
inquam, ad opes, ad magiſtratus atq; honores. Quæq; alia ipſi opinione fallaci
circumuenti imaginantur & pingunt, quibus haud unquam contigit ipſis ea
cernere, quæ ad normã ueritatis pulchra ſunt & honeſta. Animas igitur & La/
res, ſiue Genios, & Nuncios (ſic Dæmonas & Angelos appellant) nomine dif/ *Angeli et Dæ*
ferentes, cæterum unum tute, idemq; ſubiectum eſſe animaduertens, grauiſſi/ *mones.*
mum onus depoſueris, quam ſuperſtitionem uocamus. Quemadmodũ enim *Superſtitio.*
bonos Genios, malosq; uulgus appellat, & animas itidem bonas, malasq;: ſic
angelorum quoq; alios uaticinio & prædictione dignos, quoſdam uelut Lega/
tos hominum ad deum, deiq; rurſus ad homines, ſacroſanctos tu quidem excu
bitores exiſtimans, propter hãc ipſam innocentem honeſtiſſimamq; muneris
B functionem: alios rurſus eorum profanos iudicans, uaticinioq; indignos: non
ſane perperam ipſe iudicaueris. Huic meæ ſententiæ hymnorum autor ille aſti=
pulatur, dicens: Emiſit in eos iram excandeſcentiæ ſuæ per nuncios prauos.
Porrò autem in aqua mundi opifex tum animantia finxit natalitia, tum ea quæ
Zoophyta quaſi plantanima uocant, ab natura inter animal plantamq; ambi/ *Zoophyta.*
gua. In terra uero animantes finxit terreſtres cum ſtirpibus. Verum ſtirpes in
caput merſas fecit, earumq; capita in imo terræ defixit. At animantium bruta/
rum capita ab humo retracta, in ceruicesq; oblongas protenta, ita cum ceruici/
bus ipſis compegit, ut pedes anteriores ſcanſionis uicem obtineant. Præſtanti *Homo.*
uero atq; eximia conſtitutione homo ab eo donatus eſt. Siquidem cum aliorũ
animalium facies ita circumegiſſet, deorſum ut uergentes in humum procum/
berent, uerſa ille uice humanam faciem rectam uoluit eſſe, ut cœlum ſuſpice=
ret: ſtirps ille quidem exiſtens, nõ terrena, ſed cœleſtis, ut eſt uetuſto dicto pro/
ditum. Enimuero cæteri naturæ ætheræ partem mentem eſſe noſtram dictitan/ *Mens.*
tes, cognationem homini cum æthere copulauerunt. Magnus uero Moſes, for
mam rationalis animæ nulli eorum quæ genita ſunt ſimiliter nũcupauit, ut qui
animam eſſe numinis imaginem, deiq; illius dixerit, qui oculorum ipſe obtutũ *Anima dei*
nullum admittit: ſignum Dei probum quo imago expreſſa eſt, ex eo ille quidẽ *imago*
eſſe ratus, quod eius ſigni forma eſt atque nota ſempiterna, ratio. Inſpirauit, in/
quit, Deus in faciem eius ſpirationem uitæ. Atqui eum qui admittit, ad exem/
plar affingi neceſſe eſt emittentis. Quo fit, ut hominem factum ad imaginem
dei aiant, non etiam ad alicuius eorum quæ genita ſunt. Age iam hunc denuo *Triplex cor-*
ſermonem explanationis gratia ita exordiamur, ut corpora quædam habitum, *pus.*

C quædam naturam induiſſe, quædam animam dicamus, quædam deniq; animā rationalem. Lapidum igitur & lignorum, quæ abſtracta ſunt à coalitu, uinculū

*Habitus.* ualidiſſimum Deus fecit habitum, qui ſpiritus eſt, conuerſa reflectens in ſeipſum. Incipiens enim à medijs in extrema tenditur: cumq; ſupremam attigerit ſuperficiem, reflectitur rurſus, quoad eōdem loci peruenerit, unde primum profectus erat. Atq; hic eſt circularis curſus habitus. Naturam autem Deus ijs attribuit, quæ radicibus hærent, eamq; attribuit cum è plurimis facultatibus attemperatam, tum uero altrice ui & genitrice. Animam etiam fictor ipſe tribus rebus finxit à natura differentem, ſenſu, uiſo (ſic phantaſiam uocant) impetu. Etenim cum ſtirpes earum rerum exortes ſint, unumquodq; animans frequenter

*Senſus.* ijs afficitur. Senſus porrò, ut nomen ipſum indicat Græcum, illatio quædam eſt

*αἴσθησις εἴσθεσίς τις οὖσα.* in mentem eorum quæ apparent & uidētur. At uiſus impreſſio eſt in anima. Simul enim atq; ſenſus aduentitium quippiā ſigillatim importauerit, uiſum continuo annuli modo aut ſigni, notam ſuam imprimit, impreſſamq; effigiem aſ-

*Viſum.* ſeruat penes ſeſe, quoaduſque obliuio memoriæ aduerſaria, formam ipſam uel exoletam reddat interlinēdo, uel prorſus euanidam. Ipſum etiam uiſum, quod imaginem inſculpſit, interdum animam proprie, interdum alio quodam modo

*Impetus.* afficit. Quæ animæ affectio impetus appellatur, uel animi appetitio, ὁρμὴ Græce dicitur. Quam qui finire uolunt, primum animi motum eſſe dicunt. His tot rebus animalia præſtant ijs, quæ radicibus hærent. Age uero, uideamus quinam præſtat homo cæteris animantibus: nimirum eximio munere, quam mentem

*Mens.* appellamus, qua mente omnium ipſe naturas comprehendere ſolet, tum corporum, tum rerum. Quemadmodum enim in corpore uiſus eſt longe omnium princeps (id quod in uniuerſo natura luminis obtinuit) ita eorum quæ in nobis ſunt animus imprimis bonitate cenſetur. Quippe qui animæ ſit oculus, pro-

D prijs ille quidem ſplendoribus circunfuſus, queis multa caligo, altáque diſcuti-

*Animæ materia.* tur, quam rerum ignorantia offudit. Hæc animæ forma, elementis non ijſdem ficta eſt, è quibus cætera quoque perfecta ſunt: puriorem uero, potiorémque ſortita eſt ipſa materiam, ex qua ſcilicet naturæ diuinæ procreatæ ſunt. Quamobrē ſolus ipſe in nobis animus, interitus immunitate merito donatus eſſe uiſus eſt. Quippe quem ſolum parens eius, & ſator libertate dignatus ſit, neceſſitatiſq; uinculis remiſſis, liberum eſſe, nexúque ſolutum ſiuerit: donato illi pigno-

*Liberum arbitrium.* re, tum decentiſſimo, tum maxime accommodato, liberi ſcilicet arbitrij, ea ſorte quam ille admittere poterat & capere. Siquidem alia animalia, quorum in animis non eſt animus in libertatem aſſertus, & uehiculis illa quidem iuncta, & frenis cohibita, ad obſequium hominibus mancipata ſunt, ut ſeruitia dominis. Homo uero ſenſum mētis ſortitus, arbitrij ſui prærogatiua ac ſua ſponte præditum, actionibúsque fungens à propoſito proprio manantibus: non immerito male audit ob ea, quæ ſciens prudensq; ſecus agit, ut bene uiceuerſa, ob ea quæ recte, atque ordine facit. Nam qui uoluntarium motum diuinitus accepit, eoq; nomine aſſimilis Deo factus eſt, è grauis ipſe, & perquam moleſtæ dominæ iure ac mancipio uindicatus in libertatem: Huic nimirū par eſt uitio ut uertatur, cum aſſertorem ſuum non colit & obſeruat, dignúmque eum quiuis merito iudicarit, qui in fraudem incidat, quæ aduerſus ingratos libertos prodita eſt, ſummoto omnium deprecatore. Eaq; de cauſa corpus humanum arrecta facie conformatum, oculos attollit in cœlum, & intendit quæ pars lucidiſſima eſt uniuerſi, ut eo quod oculis præceptum eſt, atque animaduerſum, id quoque non

dubie

A dubie comprehendatur, quod oculis ſubductum eſt. Quandoquidem autẽ fieri nequit, ut mentis humanæ ſequacitas erga id quod eſt, niſi ab ĳs demum uideatur, qui ad illud ipſi feruntur (ſiquidem quo quiſque modo afficiatur, ipſe imprimis nouit qui afficitur) idcirco euidens ſimulachrum oculi inaſpectabilis oculum corporis Deus finxit, qui poteſt æthera contueri. Nanque oculi cum è materia interitura compacti, eouſque ſurſum tollantur, ut à ſitu terreno ad cœleſtem locum excurſent tanto interſtitio à nobis abſcedentem, eiusq; fines attingant, cuius tandem eſſe modi oculorum animæ curſum exiſtimare debemus, qui præ ingenti ipſi deſiderio perſpicue cernendi, illud unum quaſi alites facti, non ad æthera modo ſummum contendunt, ſed uel infra ſe utcunq; relinquentes uniuerſi mundi extrema, ad illud ingenitum pernici curſu feruntur.

*Oculus.*

Itaq; cũ ſuper præcipuis mundi ſtirpibus commentari inſtituerimus, uideamus nunc quonam modo Deus omnifaria ſapientia cumulatus, ſuas etiam hominis (qui minor eſt mundus) arbores molitus eſt. Iam primum igitur in corpore noſtro tanquam in agro quodam ſoli fœcundi, ſic ipſe ſenſus noſtros finxit, quaſi quædam humoris conceptacula: deinde uelut plantas ſingulas manſuetas, & fructuoſas ſingulis impoſuit: auditum in auribus, uiſum in oculis, olfactum in naribus, aliosq; itidem ſenſus in locis cognatis atque accommodatis. Cuius rei teſtem laudare diuinum illum uirum promptum eſt, qui in pſalmis ita inquit: Num qui aurem ſerit, non audit? qui oculum fingit, non inſpicit? Quin & cunctas partes ad crura uſque manusq; pertinenteis, aliasq; partes corporis, generoſas eſſe contigit propagines, atq; uiuiradices. Quibus ex ipſis præſtantiores illæ, atq; perfectiores, principatui affibratas adnexuit, qui medius eſt

*Homo minor mundus.*

*Senſus.*

*Principatus animi, & ei adhærentia.*

B ipſe, longeq; fructuoſiſſimus omnium. Hæ autem ſunt intelligentia, comprehenſio, coniĳciendi rectitudo, commentationes, memoriæ, habitus, affectiones, artium genera multiplicia, certitudo ſcientiarum, apprehenſio ſpeculaminum uniuerſæ uirtutis, quam delere obliuio non poteſt. Horum omnium ullum alius nemo poteſt intus inſtar plantæ pangere, aut ſerere: unus uero omnium ſimul artifex ingenitus, qui non ſolum olim hæc finxit plantaria, ſed quotidie etiam fingit, ſimul ut ſinguli oriuntur homines. His conſentanea ſunt ea quæ de Paradiſi conſitione monumentis literarum prodita ſunt. Conditus eſt, inquit ille, *Paradiſus in Edem ad ortum Solis, collocauitq; ibi Deus hominem ab ſe fictum*. Quod ſi uites, olearumq;, & malorum, & punicarum ſtirpes, atq; alias huiuſmodi illic fuiſſe exaudias, multa hæc ſit utique deplorataq; ſtultitia. Ne quis uero arbitraretur fictorem ipſum cuiuſpiam eorum, quæ fingebantur uſum deſiderare, Moſes neceſſariò exclamauit: Dominus ſeculorum regnator, & in ſecula porroq;. Deus enim, & pater, & opifex, curatorq; reuera eſt rerum omnium quæ in cœlo, quæq; in orbe terrarum ſunt. Porrò autem futura umbra poſteri temporis occuluntur, breui interdum, interdum longinquo interuallo. At opifex temporis Deus, ut qui parens ſit eius patris: ſiquidem mundus parens eſt temporis, cuius motum Deus temporis ortũ eſſe ſtatuit. Ita nihil apud Deũ futurum eſt, utpote qui temporum fines redegerit in ſuam poteſtatem. Neque uero ipſe tempus eſt, ſed primogenia forma temporis, atq; exemplar. At in æterno nihil nec præterĳt, nec uenturum eſt: extitit uero tantum, atque in natura rerum eſt. Verum cum his de rebus ſatis explicatum ſit: uidendum iam de mundi conditione immuni ab interitu. Qua de re tres opiniones apud ſtudioſos philoſophiæ extiterunt, aliĳs perpetuum eſſe mundum ſtatuentibus, ortúsque

*Paradiſus.*

*Deus pater eſt mũdi, Mundus temporis.*

*Tres philoſophorũ opiniones de mundi ortu & interitu.*

C exortem & obitus, alijs contra genitum eſſe opinantibus, atque interituru͂. Fue-
runt etiam, qui utrorunque opinionem ita exciperent, ut ab his natalem mun-
di, æternitatem ab illis mutuarentur, indéque ueluti cinnum temperatum ex
utroque, ſcitumq́; mixtum relinquerent, genitum eſſe mundum, non item oc-
*Democritus.* caſurum. Et Democritus quidem Epicurusq́;, ac pleraque Stoicorum multitu-
do, genituram mundi interitumq́; prodiderunt: tametſi non ſimiliter. Eorum
enim partim complureis mundos deliniantes, ipſorum ortum attribuunt cor-
puſculis indiuiduis inuicem offenſantibus, in occurſuq́; implicitis. Interitum
autem tum ſtatuunt, cum mundi concreti & ſic enati, colliſi inter ſe fuerint oc-
*Stoici.* curſu, & conflictati. At Stoici mundum unum ponentes, ortus eius autorem fa-
ciunt deum atque cauſam, non item interitus. Cæterum uim quandam in re-
bus exiſtentem interitus cauſam eſſe uolunt, ab ijs rebus oriundam, quæ labo-
ri non cedunt, longinquis temporum circuitibus omnia ad ſe colligentem, ex
*Ariſtoteles.* qua rurſus inſtauratitium mundi natalem conſiſtere artificis prouidentia. Ari-
ſtoteles perpetuum mundum, ingenitumq́; eſſe cenſuit, nefariæq́; impietatis
eos eſſe inſimulandos exiſtimat, qui his contraria diſſeruere, ut qui tantum
opus Dei nihilo præſtare cenſuerint operibus manufactis. Opinio eſt autem à
*Plato.* Platone in Timæo, mundum eſſe genitum planè ſignificari. Sunt rurſus, qui ca-
ptioſe diſputent mundum Platonis opinione ita eſſe genitum: non ut ortus il-
le quidem auſpicatum acceperit: quatenus uero ita eſt coagmentatus, ut non
aliam utique compagem accepturus fuerit, ſi contigiſſet eum naſci, genitum eſ-
ſe dictum, aut quia in ortu & commutatione partes eius uideantur. Cæterum
ſatius & uerius eſt priori ſententiæ aſſentiri, idq́; non ideo tantum, quod in to-
D to ille opere parentem, fabrum, opificem, diuinum illum fictorem: hunc autem
mundum concinnum, affabrefactum, & oriundum uocat, ab exemplari primi-
genio intelligibili ſenſibilem effigiem, omnia quæ in illo ſunt intellectu perce-
pta, in ſeipſo ſenſu comprehenſa continentem, abſolutiſſimum ad mentis per-
fectionem, ſimulachrum expreſſum ad ſenſum: ſed etiam quod Ariſtoteles hoc
de Platone teſtificatur: qui cum eſſet philoſophiæ reuerentia imbutus, nequa-
quam commiſiſſet, ut uanitatis crimine ſe obſtringeret. Huius uero decreti Pla-
*Heſiodus.* tonici parentem nonnulli Heſiodum poëtam eſſe putant: ab eoq́; arbitrantur
genitum mundum eſſe dictum, nec tandem occaſurum. Et genitum quidem di-
ctum ob id putant, quod ita ſcripſerit:

Principium rerum genitum chaos, edita tellus:
Qui ſitus eſt cunctis certiſſimus, aptus in æuum.

Nō occaſurum uero idcirco, quoniam diſſolutionem eius & corruptionem
*Chaos.* non indicauit. Cæterum Chaos Ariſtoteles locum ideo eſſe cenſuit, quia lo-
cum in rerum naturam prius editum eſſe quàm corpus neceſſe eſt. Mundum
igitur genitum eſſe apud Heſiodum clariſſime patefactum eſt. Multis autem
*Moſes.* ætatibus ante Moſes apud Iudæos legum conditor, dixit in ſacris ſcriptis geni-
tum eſſe mundum, interitusq́; immunem. Sunt enim quinque numero libri,
quorum primum Geneſim nominauit, quem ita exorſus eſt. In principio crea-
uit deus cœlum & terram.

*Mundum interitus exortem eſſe.* Verum eam diſputationem, quæ mundum ortus & interitus exortem aſtru-
it, ſatius eſt ut loco primo commemoremus, conſentaneo ipſi exordio utentes
& cohærenti. Omnibus igitur quæ corruptionem admittunt, duas internicio-
*Duæ interitus cauſæ.* nis cauſas imminere ſuppoſitum eſt, alteram inteſtinam, extrinſecus alteram
aduenientem.

A aduenientem. Etenim ferrum, æs, alias eiuſmodi naturas compertum habemus
ſua ipſas ſponte exoleſcere, cum ſcilicet ærugo gliſcens exeſt ipſa inſtar morbi
ſerpentis: Ab externis autem cauſis, cum uel ædes, uel urbem flagrantem diſſol-
ui contingit ignis incubitu uiolento. Sicut animantibus quoque mors adue-
nit: morbis quidem è ſemetipſis, extrinſecus autem cum aut iugulantur, aut la-
pidatione obruuntur, aut exuruntur, aut ſuſpendio intereunt fœdo genere
mortis. Quamobrem ſi mundus neceſſitati interitus non exemptus eſt, aut ab
aliqua externa ui interibit, aut ab aliqua intus exiſtente. At utrunque eiuſmo-
di eſt, cauſam ut comminiſci eius nequeas. Siquidem extra mundum nihil eſt,
cum omnia ad complementum eius in unum coierint: ſic enim euenit, ut
unus eſſet, & totus, nec ſenectutem ſentiens. Vnus & totus, propter cauſam
iam dictam, Nec ſenectutem, nec morbum ſentiens, idcirco, quod ea corpora,
quæ morbis & ſenio corripiuntur, caloribus & frigoribus, alijsꝗ noxis euertun
tur, quæ extrinſecus uehementer incumbũt. Atqui nullius earum incubitum
mundus ſentit foras ſe proripientis, mundumꝗ ambientis, cum nulla pars mũ-
di ab eius compage deſciſcat, integraꝗ intus omnia cohibeantur. Quod ſi eſt
aliquid foris, prorſus id aut inane ſit neceſſe eſt, aut natura quædam quæ affici
non poſſit, quæꝗ nec actum, nec paſſionem admittat. Nec uero ab ulla cauſa-
rum diſſoluetur, quas intra ſe continet: alioqui pars maior eſſet, & ualidior to-
to, quod eſt abſurdiſſimum. Nanque mundus cum ui inſuperabili præditus ſit,
ducit ſecum omnes partes, à nullaꝗ ducitur. Et hæc ratio prima. Deinde cum
duæ ſint cauſæ internicionis rerum, una inteſtina, altera extraria, quæcunque
unam earum ferre poſſunt, ea alteram etiam admittere prorſus apta ſunt. Cu-
ius rei argumentum eſſe poteſt huiuſcemodi: Bos enim, equus, homo, & alia
B eiuſdem modi: quoniam natura ita comparata ſunt, ut ferro interimantur, mor
bo item ipſa conſequens eſt ut pereant. Quandoquidem igitur nulla ab cauſa
extraria mundum peremptum iri demonſtratum eſt, cum nihil foris ſit reli-
quum, nec ab ulla quidem utique re interna perimetur: obſtat enim antece-
dens demonſtratio, qua collectum eſt nobis, id demum eſſe obnoxium alteru-
tri cauſæ interitus, quod naturæ conſtitutione capax eſt alterius. Accedunt eti-
am argumenta eiuſmodi è Timæo Platonis, ut ægrotationis mundum, corru-
ptionisꝗ expertem credere debeamus. Principiorum quatuor unumquodque
totum coagmentatio mundi concepit: quippe quæ ex igne omni, aqua, omni
Aëre, & denique omni terra ita ſit coagmentata à conditore: nulla ut pars ulli-
us, nulla uis extra relicta ſit ab illo. Id quod eo cõſilio agere inſtituit. Primum,
ut animal illud totum quammaxime perfectum perfectis è partibus eſſet. De-
inde, ut unum eſſet, nullis ſcilicet reliquis ſuperantibusꝗ principijs, è quibus
aliud tale naſci poſſet. Deniꝗ, ut ſenectutis & morbi expers eſſet: Probe enim
ille intelligebat, quæcunꝗ corpore calido & frigido ſunt, quæcunque uires ha-
bent ualidas, ea omnia extrinſecus circunfuſa, & intempeſtiue incumbentia,
atque incidentia, & lædere ſolere, & morbis ſenectute in generandis ad tabem
perducere. Eam ob cauſam, eoꝗ conſilio Deus totum è totis conſummatum fa *Mundus totus*
bricatus eſt mundum, ſimul ſenectutis, ſimul morbi immunem. Hoc igitur ex *è totis factus.*
Platone elogium de indiſſolubili compage mundi mutuandum uiſum eſt. At *Vtrum mun-*
uero ingenitum quoque mundum eſſe, à ueritate naturali defendere quis poſ- *dus ſit ingeni-*
ſit? Nam ut geniti comes eſt diſſolutio, ſic ingeniti perpetuitas; nec ab re trime- *tus.*
trum illud compoſitum eſt:

C Queiſcunqꝫ naſci contigit, mori quoqꝫ.
Hoc enim modo continet diſſolutionis conſequentiam.

Alterum eſt item argumentum, quo id aſtrui poteſt. Quicquid concretum perimitur, id in ea ipſa ſoluitur è quibus cōpoſitum eſt. Vnde fit, nihil ut aliud *Diſſolutio.* ſit diſſolutio, quàm regreſſus in id cuiuſqꝫ, quod ſecundum naturam erat. Quare *Concretio.* in contrarium id quoqꝫ ualet, ut concretio uiolenta ſit rerum coagmentatio in aliquid coëuntium, quod præter naturam eſt propriam. Idqꝫ ſanè uidetur eſſe uerißimum. Siquidem quatuor ab elementis, quæ tota ſunt uniuerſi, cœlo, terra, aëre, & igne particulas homines mutuati, tum demum hac temperatura conſtituuntur. Quæ uero mixtura concreuerunt, naturali ea ſitu fraudata eſſe contingit. Quippe ut ſuperno ſitu calor, ſic inferno natura terrena fraudatur: quæ cum ipſa libramento prædita ſit, tamen ſubleuata ſupernum locum arripit. *Caput.* Nanqꝫ quod in homine in primis terrenum eſt, id ſibi caput obtinet. Atqui deterrimus eſt nexus, quem uiolentia aſtringit, qui ut uiolentus eſt ipſe, ita tenorem aſſeruare diuturnum non poteſt. Citius enim rumpitur, utiqꝫ rebus ſic uinctis renitentibus, contumaciterqꝫ reluctantibus præ deſiderio quo affectæ ſunt ad motum naturæ ſuæ congruum, quem ad ipſum cum propenſe ipſæ ferrentur, migrare inde coactæ ſunt. Atque ut eſt ſcriptum apud Poëtam autorem tragœdiæ:

Terris profecta rurſus in terras eunt,
*Quæ germinant ab ætheris celſo ſitu,*
Rurſum poli petunt ſitum ſoluta: Nec
Quicquam periјt, ut editum ſemel fuit.

D Diremptum uero aliud ab alio, demum formam peculiarem accipit. Eſtqꝫ lex illa intereuntibus rebus omnibus ſanctioqꝫ perſcripta. Vt enim cum unumquodqꝫ in rerum naturam primum extitit, quæ in eius concretione coierunt, ab ordine illa quidem naturæ ſuæ accommodato ad habitum tranſeunt inordinatum, id quod tum deniqꝫ fit, cum in loca diſcedunt contraria, ita ut modo quodam peregre eſſe more hoſpitum, diuerſariqꝫ uideantur. Ita cum diducuntur interitu, ad propriam ea naturæ ſuæ ſortem reuerti conſtitutum eſt. At mundus huiuſcemodi conditionis indigeſtæ expers eſt, id quod hac ratione, ſi placet, in promptu eſt ut cognoſcamus. Eſto igitur mundum interire, ut contigerit: nimirum partes eius in loca naturæ cuiqꝫ diſſentanea digeſtas eſſe, neceſſe erit tute actutum ut fateare, idqꝫ ita futurum exiſtimare non degeneris eſt intellectus. *Elementorum ſitus optimus.* Optimum porrò ſitum, continuamqꝫ digeſtionem, & cohærentem partes mūdi ſortitæ ſunt: id adeo, ut unaquæqꝫ pars loco ſuo ut patria acquieſcēs, mutationem in melius non expoſcat. Quam ob cauſam medius exacte locus attributus eſt terræ, ſuper qua terrena cuncta ſunt collocata: adeo ſi quippiam terrenū ſurſum eiaculeris, id continuo terram uerſus feretur. Hocqꝫ argumentum eſt, eum eſſe ſitum è natura terrenorum. Etenim ubi quid nulla ui delatum ſubſiſtit & quieſcit: ibi locum proprium idipſum utiqꝫ ſortitum eſt. Iam uero Aqua ſecūdo loco à terra affuſa eſt in terram, Aër & ignis è medio ſublimia abierunt. Et aër quidem, aquæ, ignisqꝫ confinem locum ſortitus eſt, ignis autem locum excelſißimum. Quo euenit, ut ſi ſuccenſam facem deorſum in terram demiſeris, nihiloſecius flamma reluctans ſurſum illico reſiliat: nimirū ſeipſam arrigēs ad naturalē ignis motū. Quapropter ſi internicionis cauſam motio præter naturam in alјs animātibus affert: in mūdo aūt ſingulæ partes naturæ ſuæ cōgruēter,

ordineqꝫ

A ordinéque deſcriptæ ſunt, regionésque ſibi familiares ſortitæ, profecto corru-
ptionis immunis merito mundus dictitabitur.
Iam cuiuis id manifeſtum, quod unaquæque natura eorum aſſeruationi ſtu-
det, atque incolumitati, quorum ipſa natura eſt, atque ſi fieri poſſet, immortali-
tatem aſcitam ijs cuperet, ut arborea natura arbores ſeruatas cupit, & natura
animalis unumquodque animans. In ſingulis uero ſempiternam efficere ſtabi
litatem non ualet, repugnante neceſſitate, paruáque iuxtà magnáque ſenectu
tis immunia conſeruare. Siquidem uel penuria, uel flamma, uel rigor, uel aliud
quippiam (qualia coire ſexcenta in rerum necem ſolent) decumbentia, diſcuti-
unt, ac diſſoluunt, ac denique abrumpunt uinculum, quod concreta coërcet ac
cohibet. Quare mundi etiam naturam neceſſe eſt incolumitatem uniuerſi uel-
le & concupere. Niſi uero ipſa naturis deterior eſt ſingularum mundi partium,
& ut fugax, & ſtationis ſuæ, ordinisúe deſertrix, pro ſanitate morbum, pro inco
lumitate plena & abſoluta machinari internicionem conatur. Immo uero, ut
uerbis utar Poëtæ:

*Vnumquodq; naturā ſuā aſſeruat.*

Et facie & ceruice alias ſupereminet omneis
Conſpicua in primis, ſint pulchræ quamlibet illæ.

Atqui, ſi hoc uerum eſt, corruptionem mundus haudquaquam admiſſurus
eſt. Quid ita? Nempe, quod cohibitrix ipſius natura multifariam inuicta eſt ui
roboris indomiti, omnibus ipſa præualens uiolentijs, quæ noxam allaturæ fue-
rant ei interituræ. Quam ob cauſam Plato: Nihil, inquit, accedere undecunque
illi poteſt. Sibimet enim ipſe tanquam alimentum naturam ſuam præbet, o-
mniaq; cum in ſeipſo, tum uero à ſeipſo & facit, & patitur, arte præſtantiſſima
conditus. Ipſum adeo ſufficientem ſibi ſuppeditántemq; omnia coagmentator
B eius molitus eſt, talem utiq; præſtantiorem eſſe ratus, quàm ſi aliquo deficeret.

*Plato.*

Eſt autem & illa argumentatio huic demonſtrationi aptiſſima, ob quam me
non latet gloriari quamplurimos, ſeſeq; ea uenditare tanquam numeris omni-
bus exquiſita, irrefutabiliq; in primis, argumentariq; illos hunc in modum per
cunctabundos. Nam qua tandem de cauſa, inquiunt, Deus mundum diſtur-
bandum ſtatuerit? nempe aut nullum poſtea mundum, aut ut alterum ab inte-
gro moliatur. At illud prius alienum à deo eſt, ut cui conueniat inconditum re
rum ſtatum digerere in ordinem: nec uice uerſa res ordine concinneq; conſtru-
ctas, ad congeriem indiſcretam, inconditamq; reducere. Deinde ſi ita fecerit, iā
erit ipſe obnoxius pœnitentiæ, & pœnitentia morbus eſt animæ, atque ægrota-
tio. Certe quidem aut mundum ordiri prorſus non oportebat, aut quando cen
ſebat dignum ſe opus eſſe, in abſoluto quoque opere acquieſcere. Alterum il-
lud longiuſculam diſceptationem expoſcit. Etenim ſi alterum mundum Deus
pro hoc qui nunc eſt, conſtructurus eſt: qui conſtruet, aut deterior, aut præſtan
tior, aut huic ſimilis erit. At horum quod elegeris cunq;, non carebit reprehen-
ſione. Quippe, ſi deterior mūdus futurus, & deterior quoq; opifex eius. At Dei
opificia omni reprehenſione & Momo quoq; maiora, & ſimul emēdationem
reſpuentia, ut quæ ad numeros omnes artificij ac ſcientiæ confecta ſint & exa-
cta. Siquidem deo decorum, atq; congruum cū informia cōformare, tum rebus
deformiſſimis formas uiſendas, decoraſq; accōmodare. Sin erit ille mūdus futu
rus huic ſimilis: nimirum Deus opifex eius nihilo iam præſtiterit pueris infan-
tulis, q circa littora interdū ludibūdi arenā cumulāt altiuſcule, ſubindeq; mani
bus nōnihil arenæ ſubducētes, cumulos hoc pacto excitatos diſturbāt. Longe
enim

*Alia rurſus argumenta mundum incorruptibilem aſtruentia.*

C enim ſatius eſſet, nihil nec adimentem, nec addentem, nec in melius, peiusúe commutatem, eum qui nunc creatus eſt eodem in ſtatu ſemel eſſe ſinere, quàm alterum ſimilem hoc euerſo adſtruere. Quod ſi præſtantiorem mundum factu/rus eſt, continuo fuerit etiam præſtantior opifex. Ex quo ſequetur illud, ut cum priorem conficeret, & artificio ipſe & ingenio imperfectior fuerit, id quod uel ſuſpicari nefas. Adde, quod quemadmodum conuenit nos mortaleis opera quoque mortalia facere; ita Dei immortalis opificia erunt utique interitus ex/pertia. Et rationi congruit, opera fabrefacta naturæ opificum ſimilitudinem re ferre. Ad hoc uero probandum Boethus demonſtrationibus uſus eſt quàm appoſitiſſimis, quas dicendas iam habemus. Neque uero mundus, inquit ille, genitus eſt, atque interiturus: & non ex eo quod non eſt fiet aliquid, id quod Stoicis abſurdiſſimum uidetur. Quid igitur tandem? dicat aliquis: quia ſcilicet nullam quiſquam comminiſci cauſam queat tabificam, nec internam, nec ex/ternam, quæ mundum peremptura ſit. Nam extra mundum nihil eſt, niſi ſicubi forſan uacuum, cum elementa prorſus in eum reſoluantur ex ſuo concremen/to. Intus autem nulla talis eſt ægrotatio, quæ diſſolutionis cauſam afferre tan/tæ coagmentationi poſſit. Quod ſi citra cauſam ullam mundus perimi poteſt, liquebit iam, ex eo quod in rerum natura nequaquam eſt, corruptionis cauſam enaſci, id quod ne concipi quidem cogitatione poteſt. Et corruptionis quidem modos treis aiunt eſſe in uniuerſum: unum per diuiſionem, alterum per perem ptionem qualitatis res obtinentis: alium per confuſionem. Quæ igitur è direm ptis rebus conſtant, ut ſunt greges, armenta, exercitus, chori, aut rurſus quæ cor pore coagmentato coacta ſunt, ea diductione ſoluuntur, atque diuiſione. Perem ptiuus autem qualitatis modus eſt, cum ita ſit habitus immutatio, ut ne diuerſa

D quidem forma faciem quandam præbeat. Per confuſionem fit corruptio, ut in medicamento quod tetrapharmacum dicitur. In quo uires eorum, quæ collata ſunt exoleſcentes in unius facultatis genituram emoriuntur. Agedum quoniã iſtorum modorum conuenit, ut mundum interire exiſtimemus, Vtrum eo quẽ fieri per diuiſionem docuimus? At mundus nec ex diductis eſt conditus, ita ut partes eius diſſipandæ ſint: nec è corporibus compactis, ita ut diſſoluendæ, nec ut noſtra corpora itidem unitus eſt. Quippe quæ natura ſua fluxa potentiæ ce/dunt rerum innumerarum, unde noxa ipſa afficiuntur: at mundi robur indomi tum, præ multa abundantia omnibus rebus præualens. Num igitur potiſſimũ integra qualitatis peremptione corruptum iri mundum dicemus? tamen eum modum interitus concipere nemo poteſt: quippe cum eorum ſententia, qui cõ traria de mundi interitu ſentiunt, manſura ſit qualitas ipſa coagmenti, in mino rem ſubſtantiam contracta, in conflagratione mundi. Age uero, ſuperioribus modis interire mundus non poteſt, confuſionis modo poteſt. Abſit, ut hoc poſ ſe interire cenſeamus. Alioqui reuoluemur eodem, ut admittendum nobis ſit, interitum mundi perinde futurum, atque ſi nihil in rerum natura ſit. Quo tan= dem iſtuc modo? Quia ſi unaquæque partium mundi uiciſſim interiret, alia mu/tari in aliam potuiſſet: cum uero omnia ſimul interire uniuerſaque dicunt, neceſ/ſe eſt in intellectum id admittere quod fieri non poteſt. Eſt uero operæprecium quærere, qua ratione altera erit generatio mũdi, cum omnia in ignem reſoluta fuerint. Siquidem exhauſta ab igne rerum natura, neceſſe erit ignem quoque extingui alimento defectum. Qui ſi permaneret incolumis, eſſet utique ratio ſeminalis coagmentationis mundi. Igne uero reſoluto, illico una cum eo illa

quoque

*Boëthi demonſtrationes.*

*Corruptionis modi tres.*

*Tetrapharmacum.*

A quoque ratio conſequens eſt ut perimatur. Atqui nefarium eſt geminatæq́ impietatis, nõ tantum mundum capitis crimine arceſſere, ſed etiam (ſi dijs placeat) natalem eius inſtauratitium tollere. Quaſi uero inertia Deus & incondita rerũ nece, omnibusq́ perperam factis gaudeat.

Proinde hanc diſputationem in hunc modum exquiſitius explicandam habemus. Ignis genus eſt triplex, carbo, flamma, & ſplendor. Carbo ignis eſt in terreno. Hocq́ modo ſpiritualis habitudinis tanquam in ſpecu latet ignis, & quaſi locũ inſidet, uſquequaq́ intentus, & ad extrema uſq́ pertingens. Flamma eſt id, quod ab alimento ſublime tollitur. Splendor eſt, qui à flamma emittitur, oculis ſubſeruiens, & prælucens ad res ſpectabiles apprehendendas. Medium autem locum carbonis & ſplendoris flamma obtinet: utpote quæ & extincta deſinat in carbonem, & excitata lumen habeat, quod ui uſtiua cum deficitur, fulget. Quocirca, ſi reſolutum iri mundum deflagratione cenſuerimus, haudquaquam carbo fiet: quippe in quo terreni permultum reliquum eſſet, ubi ignem comprehenſum eſſe contingit. At placet cæterorum corporum nullam iam tum in rerum eſſe natura, terramq́, aquam, aërem, in ignem merum reſolui. Nec uero flammam manſuram eſſe placet, ut quæ ſit ignei alimenti elatio in ſublime. Ita cum relictum nihil fuerit, utiq́ ipſa tabeſcens protinus extinguetur. Quibus etiam ipſis hoc conſequens eſt, ut ne ſplendor quidem inde exiſtat, qui ſuapte ipſe natura ſolus ſubſiſtere nequit, à prioribusq́ illis manat, flãma ſcilicet & carbone: ab hoc quidem ille minor, à flamma uero multus. At illa à conflagratione mundi non futura ſunt, ut probatum eſt, ita ne ſplendor quidem erit poſtea. Quo fit, omnino ratio ut iniri non poſſit mundi denuo naſcituri, cum ſeminalis nulla ratio confoueatur intus. Atque ex ijs planum factum

B eſt, ingenitum mundum permanere, & incorruptum.

*Ignis. Carbo. Flamma. Splendor.*

Quin abſque his etiam ſic explicatis foret, & hoc argumento quis uti poſſet ad huius ipſius rei fidem, idoneo quidem ipſo, & utique huiuſcemodi quod omneis in eam opinionem adduceret, duntaxat qui eſſe ipſi pertinaces præter modum non obſtinaſſent. Eorum igitur, quæ coniugatim contraria ſunt inter ſe, ut hoc ſit, illud non ſit, omnino fieri nequit. Nam ſi album ſit, & nigrum eſſe neceſſe eſt, & magno exiſtente, paruum erit, & impari par, & dulci amarum, & denique die exiſtente nox erit, & quæcunque ſunt alia huiuſcemodi. Atqui ſi mundi inflammationem fore dederimus, inde futurum ſequetur, quod fieri per rerum naturam nequit, eritq́ coniugatorum alterutrum cum alterum iam non ſit. Id quod licebit hoc pacto ut cognoſcamus. Omnibus in ignem reſolutis, leue quidem, & rarum erunt, & calidum, cum ignis ſint propria: graue uero non erit, non denſum, non frigidum, quæ tamen è regione ſunt illorum. Quo modo autem potius inhibere quis poſſit mundi prorſus non futuri conſequentiam, quæ in mundi deflagratione ſanè implicita eſt, ſiquidem ea detur, quàm ſi ea quæ natura una eſſe comparata ſunt, hoc ille pacto demonſtrarit è ſua coniugatione dirimi? At hoc poſito coniugationis diremptio eouſque progreditur, ut his æternum eſſe non negent, illis eſſe omnino negent.

*Oppoſitorum alterum nõ eſſe ſine altero.*

Iam uero quod ſequitur, nõ longe à propoſito, quaſiq́ ſcopulo abſcedere uidetur eorum qui uerum ueſtigare inſtituerunt. Mundus ſi interiturus eſt, aut à cauſa quadam interibit, aut diuinitus. At uero aliunde diſſolutionem nullo modo admittit: quippe qui nihil non contineat, ipſe & cohibeat, & quod continetur debilius eſt utique continente, cum ab eo coërceatur ut præualente. A deo

*Mundum à Deo deſtrui non poſſe.*

s porrò

C porrò deſtrui mundum dicere, ſceleratum eſt in primis, & nefarium. Siquidem deum non ordinis diſſoluti, non inconditæ rerum rationis, non internicionis autorem, ſed ordinis potius, & compoſitæ rationis, denique uitæ atque omnis boni cauſam eſſe, apud eos in confeſſo eſt, qui uere de rebus opinati ſunt.

At uero eorum, qui ſempiternum mundum eſſe cenſuerunt, ſunt qui argumentationi ambitioſæ, artificioſæq; indulgentes, inſuper etiam hac diſputatione utuntur ad aſtruendam opinionem ſuam. Quatuor eſſe modos internicionis rerum ſumma diuiſione conuenit, additionem, ademptionem, tranſpoſitionem, mutationem. Binarius igitur acceſſione unitatis in ternarium interit, cum iam binarius non ſit. At quaternarius unitatis deceſſione, in ternarium. Tranſpoſitione autem interit Z elementum in H, cum lineæ quidem obliquæ & paralelæ ſubrectæ ad rectos angulos fuerint: linea autem ad utranque protenta & pertinens, in tranſuerſum deflexa, ipſas ad rectos angulos attigerit & copularit. Immutatione fit corruptio, cum uinum in acetum uertitur. Nullus autem modorum qui enumerati ſunt, mundum attingit prorſus. Nam quid hic comminiſci quiſquam eorum poſſit? additum iri quippiam mundo ad eius demolitionem? quonam tandem id modo? ſi nihil eſt extra mundum, quod non idem pars ſit mundi totius? Quicquid enim id eſt, cohibetur ab eo, & edomatur. Quid igitur? ablatum iri? Primum, ſi id fateare: quicquid erit quod auferetur, id denuo mundus erit hoc mũdo minor. Deinde non eſt inire rationem, qua corpus aliquod ab uniuerſi coaleſcentia diremptum uſquam diſpergi poſſit. Age, nunquid partes mundi tranſponendas comminiſcemur ad mundi corruptionem? Atqui in ſimili permanebunt locos non permutantes. Neque enim unquam futurum eſt, ut omnis terra inuehatur aqua, nec ut aqua aëre, & hic igne.

D Sed quæ in terra naturæ grauis ſunt aquaq; medium locum obtinebunt: ita ut terra fundamenti uice fulciat, illiq; aqua innatet: at aër, ignisq; quæ natura leui ſunt, ſuperiorem locum teneant.

*Internicionis modi quatuor*

*Alium mundũ fieri non poſſe*

Neque uero exiſtimandum eſt eo modo interiturum mundum, alius ut ex alio fiat. Nanque elementorum immutatio æque pollet per omnia, & quod æque pollet, id firmitudinis indeclinabilis cauſa eſt, atque illabefactabilis permanſionis, cum nullo exuberantiore inferius ſit. Quam ob cauſam refundendarum uirium rependẽdarumq; uiciſſitudo, regulis illa quidem adæquata proportionis, artifex eſt ſanitatis atq; incolumitatis in æuum pertinacis. Vnde fit demonſtrabile, mundum eſſe ſempiternum.

*Theophraſtus in eos qui mundum ſempiternum eſſe negant.*

*Terræ inæquabilitas.*

Porrò autem Theophraſtus eos, qui ortum mundo interitumq; obijciunt, quatuor rebus falſos eſſe exiſtimauit, terræ inæquabilitate, maris receſſu, ſingularum partium uniuerſi diſſolutione, terreſtrium denique internicione generatim per animantia graſſante. Primum ſic aſtruitur: Niſi terra principium ortus cœpiſſet, nulla pars eius altius inſurgens conſpiceretur: complanati uero montes omnes fuiſſent, colleſq; ad æquilibrium redacti cum planicie camporum. Siquidem tot imbribus quotannis ab æuo labentibus, locorum in altum editorũ alia torrentibus abrupta fuiſſent (ut ſimile ueri eſt) alia ſuopte nutu ſubſidentia peſſum iuiſſent, omniaq; iam uſquequaque perplanata diffunderentur. Nunc uero crebræ ſalebræ, permultorumq; montium iuga in altum exurgentia, indicia ſunt terræ minime ab æterno editæ. Alioquin iam olim, ut dictum eſt, in tempore infinito imbrium ui terra à fronte, ut dicitur, ad calcem, ad uiæ uehicularis æquabilitatem complanata uideretur. Et eſt ea uis aquæ præſertim ſuperne caſi-

tantis,

A tantis,ut quædam ui extrudat,quædam cõtinenti ſtillicidio caua reddat: ſolum etiam ut prædurum ac glareoſum foſſorum more ſubigat.

Quin & mare ipſum,inquiunt,imminutum eſt. Indices ſunt inſulæ celeberrimæ Rhodos & Delos. Quæ cum olim mari ſummerſæ & obrutæ non cernerentur,temporis interuallo exiſtere ſenſim cœperunt & conſpici,utiq; mari ſenſim itidem ſubſidente, ut quidem uetuſtis proditum eſt hiſtorijs, quæ de ipſis conſcriptæ ſunt. Ingentes etiam ſinus maris altiſſimosq; exaruiſſe aiunt,continentiq; acceſſiſſe:ſimul tractus adiacentes in apertum protuliſſe, partibus illos quidem luculentis,nec ſterilibus,ut apparuit cum ſeminari cœpti eſſent, arbutisq; conſeri. His etiam accedunt indicia maris è priſca proluuie retroacti, id quod ſcrupi & conchulæ marinæ in ſicco deſtitutæ oſtendunt, aliaq; eiuſdem modi, quæ mari æſtuante expui ſolita ſunt. Quod ſi mare imminuitur,minuetur & terra,longisq; annorum circuitibus prorſus utrunque elementum reſoluetur:& uniuerſus uero aër exhaurietur,ad imminutionem ſenſim uergens,omniaq; è ſuo concremento in unam naturam ignis liqueſcent. Ad tertij autem capitis ſtructuram hoc argumento utuntur: Id, inquiunt, omnino periturum eſt, cuius partes obuiæ & expoſitæ interitui, at mundi partes tales ſunt, igitur mundus huiuſcemodi. Nunc agitandum,quod huc digrediendo reieceramus. Quænam igitur terræ pars,ut ab eodem auſpicemur,uel maior, uel minor tempore non diſſoluetur? Quid lapides firmiſſimi? nonne tumore putrifico affecti putreſcunt tandem,atque ab habitus infirmitate ( qui tenor eſt ſpiritualis, uinculumq; fracturæ non immune, tametſi ægre eſt ſolutile ) fragiles & fluxi in tenuem primum puluerem ſoluti,deinde conſumpti, tum demum prorſus euanidi abeunt? B Aqua uero quid ipſa? nonne ſi immota manſerit, nec flatu diuentiletur, quiete enecatur? certe quidem mutari eam conſtat,graueolentiaq; infici, more animantium,quæ anima priuatæ ſunt. Enimuero aëris corruptiones nulli non apparent manifeſto, & ægrotare enim aër, & tabeſcere, & modo quodã emori è ſua naturali conſtitutione poteſt. Quod ſi animi intentionem ad indagandam rerum ueritatem potius, quàm ad nominum appellationumq; decorum cõtuleris, quidnam aliud dixeris peſtem eſſe quàm aëris mortem? qui noxam qua afficitur in omnium necem effundit, quibus quidem ipſis participibus animæ eſſe contingit. Iam de igne quid opus eſt uerboſius diſputare? qui ſimul alimento defectus eſt, tabeſcit & extinguitur. Quare ſi unamquanque mundi partium ſuum manet exitium, nimirum mundus ipſe, qui ex ijs compoſitus eſt, exitij non erit expers.

Quartam illi eandemq; ultimam rationem exquiſitius hunc in modum proſequuntur. Si mundus (aiunt ipſi) ſempiternus eſſet, eſſent etiam animalia ſempiterna, eoq; magis genus hominum tale eſſet, quo reliquis eſt præſtantius. At ſero genitos homines apparebit, ijs qui rerum naturas inſtiterint perſcrutari. Eſt enim ueriſimile, atq; adeo neceſſarium, ſimul cum hominibus in naturam rerum editis, artes quoque extitiſſe, ut æquales hominibus. Nec id modo eam ob rem, quod naturæ rationali ea ſunt accommodata, quæ artificio conſtant, ſed etiam quod ſi abſque ijs artibus eſſet, uita non procederet. Id ex fabulis uidere poſſumus, ſi ſingularum tempora recenſeamus, quas dijs Poëtæ ſingulis affictas decantauerunt. Cæterum niſi homo æternus ſit, nullum aliud animal æternum erit. Ita ne loca quidem æterna erunt, quæ ipſa excipiunt animalia, terra, aqua, & aër. Ex quo ſequitur, ut ſit manifeſtũ, mundũ eſſe exitio obnoxiũ.

*Maris minutio.*

*Partium mundi diſſolutio.*

*Habitus.*

*Peſtis.*

*Animantium condicio mortalis.*

*Locus hic mutilatus eſt.*

C Hic enimuero cum iſtis hominibus, qui uerba fundunt commentitia, neceſſe eſt pedem ipſi ut conferamus, ne quis eorum quos deficit rerum prudentia maior, ab ipſis adducatur quoquo modo in errorem. Protinus autem nobis ab refutatione ordiendum eſt, quando captionum artifices ipſi auſpicantur ab impoſtura. Si mundus, inquiunt, æternus eſſet, nullas iam in terra oportebat extare inæquabilitates. Quid iſtuc tandem obſecro? Erũt enim, qui in medium prodeuntes dicere nõ uereantur, montium naturam nihil quicquam ab arborum differre? Nam ut illæ temporum uicibus amittunt folia, alternisq́ repubeſcunt: eodem etiam modo montium partes quædam abrumpuntur, & quædam uiciſſim adnaſcuntur: tametſi non niſi longinquitate temporis agnatio hæc innoteſcit; idcirco quod arbores natura celeriore præditæ, incrementum ſuum cito capiunt, montes uero tardiore: unde fit, ut enatæ eorum partes uix ſenſu hominũ percipiantur, ac niſi longo tempore. Atqui enaſcentium montium ratione plane ignorare iſti mihi uidentur, alioqui pudor eos, ut opinor, uetuiſſet tale quicquam proloqui. Quare eos docere nequaquam grauabimur. Eſt autem quod dicturi ſumus, nec nouum, nec noſtrum, ſed antiquorum inuẽtum, hominum ſane ſapientum, qui nihil non ipſi diſputatum reliquerunt, eorum quidem certe quæ ad ſcientiam neceſſaria eſſe cenſentur. Cum igitur natura ignita in terra condita ſurſum uerſus rapitur ignis, ui naturali ad proprium locum tendit, ac ſi quantulum ſit cunque ſpiraculum nacta, ſublime rapit ſecum multum terrenæ naturæ, & quàm poteſt plurimum, ſimul ac uero terra ipſa eruperit, fertur compendioſa uia. Ea porrò terrena natura ignem ſubſequi erumpentem coacta, ad altitudinem multam aſſurgens, in arctum contrahitur, ac tandem in uer-

D ticem deſinit mucronatum, igneam naturam imitando. Siquidem tunc neceſſe eſt, ut leuiſſima natura & grauiſſima, quæ ſunt aduerſariæ, inter ſe confligentur, cum utraque in locum ſuum ſuopte nutu urgeatur, contraq́ alterius uiolentiam altrinſecus diſtrahatur. Proinde natura ignea terram ſublimem ſecum rapiens deorſum uergere cogitur terreno degrauante. Terra uero in infimum libramento ſuo depreſſa, contraq́ ab igne ſuſpenſa, qui ſuamet ipſe ſponte ſublime attollitur: uix tandem ipſa à præualente potentia, atque ſubleuatrice euicta, ſurſum in ſedes ignis protruditur, atque ibi conſiſtit. Quid igitur mirum eſt, montes aquis imbrium torrentibus non abſumi, cum uis ipſos continens, à qua etiam eriguntur, quamfirmiſſime in eis atq́ ualidiſſime implicita ſit? Soluto enim uinculo quo cohibetur, diſſolui eos conſentaneum eſſet, in aquasq́ diſſipari: nunc uero ignis ui aſtricti pertinacius reſiſtunt aquarum delapſibus.

*Refutatio.* — *Montium naturã ut arborũ* — *De ignis ac terræ natura.* — *Montes cur imbribus non abſumantur.*

Atq́ hæc ſunt quæ dicenda habuimus, eò pertinentia ut doceremus inæquabilitatem terræ argumentum non eſſe fide dignum ortus & interitus mundi. Ad id porrò, quod argumentantur de minutione maris, hoc modo reſponderi conuenienter poteſt. Non ipſos tantummodo mari emergentes inſulas oportere conſiderare; cæterum aliquæ ne continentis partes undis olim abruptæ, mariq́ adobrutæ, denuo redditæ ſint continenti: id uero ipſos perpendere oportere. Studio enim naturæ indagandæ (quam phyſiologiam uocant) aduerſa eſt contentio, cum id ſtudium antiquiſſimam curam habeat ueritatis inueſtigandæ. Quid quod uiceuerſa ingenti contentione ſtudij eius inquiritur, quot quantæq́ partes non oræ tantum maritimæ, ſed etiam mediterraneæ, excurrente mari hauſtæ ſint. Nam quod terra mari admiſſo merſa, nauibus nunc onerarijs nauigatur & prægrandibus, hiſtoria teſtis eſt Siculi freti cantatiſſima, ne-

mini

A mini non doctorum cognita. Olim Italia Siciliam continenti adiungebat: cum uero utrinque ingens mare uiolentis flatibus, aduerſiſque incurriſſet, confinis anguſtia terræ interrupta, mari ſummerſa eſt: ſecūdū quam anguſtiam urbs Rhegium condita, ab euentu interrupti ſoli appellata eſt, contraque hominum expectationem contigit, ut duo quidem maria terræ prius anguſtia dirempta, eo caſu coniungerentur, in unumque confluerent: terra uero ut ante unita, confini poſtea freto diduceretur. Quod fretum tunc interfuſum effecit, ut quæ olim erat continens, nunc inſula Sicilia ſit uiolentia caſus edita. Fama eſt, & alias urbes mari ſuperfuſo abſorptas poſtea non extitiſſe. Nanque circa Peloponeſſum aiūt tres urbes uehementi maris impetu eſſe merſas, Aegiram, Buram, Helicen in edito loco ſitam. Certe quidem Aplantis inſula, Aſia ſimul, Aphricaque maior, ut autor eſt in Timæo Plato, diem unum noctemque factis terræmotibus inuſitatis & portentoſis cum diluuijs deorſum ſidens, repente abſorpta eſt à mari atque condita: mari eo caſu ibi facto nequaquam nauigabili atque uoraginoſo. Quocirca ad mundi interitum aſſerendum nihil contulit commentitia maris imminutio. Etenim ſi aliunde mare recedit, aliò etiam immeando terras mergit. Quamobrem iſtos oportebat non alterum tantum contemplatione proſequenteis, ſed utrunque, ita demum de ea re ſtatuere, non aliter atque in ciuilibus controuerſijs factitatur, quibus in ipſis legitimus iudex non ante quā de re agitur ſententiam profert, quàm ipſos ambigentes uiciſſim audierit.

*Sicilia olim cōtinens.* *Rhegium.* *Vrbes ſum merſæ.* *Aplantis.*

Iam uero tertium illud argumētum à ſeſe refellitur, ut abſurda percunctatione deductum ſtatim prima argumentatione effata. Neque enim id protinus interiturum eſt, cuius partes omnes intereunt. Id uero demum omnino interibit, cuius partes omnes unà & uniuerſæ in eodem atque eodem tempore intereūt.
B Neque uero non is uiuere poteſt, cuius ſummus digitus abſciſſus eſt, cui tamē ſi ipſi communis uſus omnis partium membrorumque auferatur, illico interibit. Eodemque modo, ſi cuncta ſimul elementa ſub utrunque tempus exoleſcerent: nimirum fateri neceſſarium foret mundum corruptionis eſſe capacem. Sin elementa ſingula priuatim in naturam mutantur uicini elementi, immortalitate prædita eſſe elementa ex eo magis declaratur quàm eſſe interitura.

*Elementa in alia uerti ex alijs.*

Porrò autem illa ſumma eſt ſtultitia, genus humanum ab artibus æſtimare, cuius argumenti abſurditatem ſiquis probandam eſſe ſequendamque cenſuerit, recentem ille planè mundum hoc argumento demonſtrauerit, utpote uix ante annos mille cōditum: ſiquidem omnes artium inuentores, quos memoria prodente accepimus, eum numerum annorū non exceſſerunt. Quod ſi artes æquales eſſe generi humano dicendum eſt: cōſulta iam nobis naturali hiſtoria opus erit: nec enim citra adnimaduerſionē, ſupinaque fiducia nobis id dicendū eſt. Hiſtoria porrò quænam eſt illa? Terreſtriū interitus non uniuerſorū unaque omnium, ſed plurimorū, cauſis duabus maximis imputant: ignis ſcilicet & aquæ inuſitatæ abundantiæ, & quam nemo exprimere queat ſermone. Vtranque enim illā uim in terris decūbere alternis aiūt, longiſſimis annorum circuitibus. Interdūque deflagratio graſſat, cū flumen ignis ætherij ſuperne effuſum, multiſque in locis & uarijs ſparſum, tractus ingentes orbis terrarū permetitur. Interdū proluuies euagatur, uniuerſam aquarum naturam detractam ſecum inuehens: cū interim amnes atque torrentes expatientur, nō alueos tantū ſupergreſſi, ſed etiā ultra conſtitutum modum incrementi exundantes. Proinde his duobus modis alijſque innumeris, ſed minoribus, cum genus hominū perire contigit, artes quoque perire neceſſe eſt: q̄ppe arte ſine artifice ſubſiſtētē haudquaquā uidere eſt.

C Cum uero in medium morbi graſſati iam langueſcere cœperint & cedere, ſimulq; hominum genus repubeſcere, & tãquam fruticari ex humanis reliquijs, quæ ſuperſtites ſæuientibus malis, degrauantibusq; fuerunt: ibi tum rurſus artes excitari incipiunt; non quod non & ante illæ quidem natæ fuerint, ſed quod circunciſa artificum multitudine raræ eſſe cœperant. Hæc ferè habebamus, quæ à maioribus accepta, de mundo diceremus pro ingenij facultate.

PHILONIS IVDAEI DE MVNDO LIBRI FINIS.

BIBLIOTHEQUE UNIVERSITAIRE DE TOULOUSE

הלא כה דברי כאש נאם־יהוה
וכפטיש יפצץ סלע ׃

Nunquid non uerba mea ſunt quaſi ignis, dicit dominus, & quaſi malleus conterens petram?



οὐκ ἰδοὺ οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ φλέγον λέγει κύριος, καὶ
ὡς πέλεκυς κόπτων πέτραν;

EXCVDEBAT BASILEAE ADA-
MVS PETRVS, MENSE AV
GVSTO, ANNO
M. D. XXVII.